

SELECTA DIÆTETICA
SEU
DE RECTA AC CONVENIENTE
AD
SANITATEM
VIVENDI RATIONE
TRACTATUS

Quo non solùm.

Quicquid circa äerem, alimenta, motiones, somnum, aliaque ad sanitatem conservandam, cuicunq; ætati, sexui, vitæ generi observatu necessarium, speciatim evolvitur; Sed & origines ac occasiones morborum, præcavendi rationes, & remedia domestica explicantur, variisque observationibus illustrantur; ac simul de Methodico Acidularum, thermarumque usu agitur.

Cum Indice copioso.

AUTORE

CONRADO BARTHOLDO BEHRENS

Philos. & Medic. DOCTORE, inque LEOPOLDINA Naturæ Curiosorum Societate Eudoxo.



FRANCOFURTI & LIPSIÆ

Prostat apud LUDOLPHUM SCHRÖDER, Bibliopolam Hillesheimensem. 1710.

131

PERINCLYTÆ DIOECESEOS
Ac PRINCIPATUS
HILLESHEIMENSIS
CONSILIARIIS AD ÆRARIUM PUBLICUM
DEPUTATIS

ILLUSTRISSIMIS REVERENDISSIMIS
PERILLUSTRIBUS GENEROSISSIMIS
NOBILISSIMIS CONSULTISSIMIS
AMPLISSIMIS SPECTATISSIMISQUE
DOMINIS DOMINIS.

Dn. JODOCO EDMUNDO
LIB. BAR. DE BRABEK

JODOCI EDMUNDI EPISCOPI quondam & PRINC. Hillesheimensis Celsissimæ memoriæ ex Fratre Nepoti, Cathedralium Ecclesiarum Hillesh. & Monasteriensis Canonico Capitulari ac respective Scholastico, Episcopalis Hillesheimensis Judicii Aulici Secularis, ac Ærarii publici Præsidi, Cameræ Principalis Consiliario, Comitatus Dasselensis Satrapæ:

Domino in Hämeren, Lethmate, Söder, Nienhagen, Engerode, Clausenstein, Schellenstein & Achtum.

Dn. FERDINANDO IGNATIO
LIB. BAR. DE NAGEL,

Cathedralium Ecclesiarum Hillesh. & Paderbornensis Canonico Capitulari ac Presbytero, Collegii militaris in Episcop. Hillesh Præsidi:

Domino in Vornholtz, Stromberg, & Harsum.

Dn. PLACIDO ROCKSLO,
Prælaturæ Benedictinæ Hillesheim. ad S. Godehar
Abbati Infulato Dignissimo.

Dn. BERNHARDO GÖKEN,
Collegii Canonicorum Regularium S. Augustini i
Monte S. Georgii prope Goslariam, hodie Grauhoff
Præposito Meritissimo.

Dn. CHRISTOPH. DE WRISBERGEN
Serenissimorum Duc. Brunsuic. & Luneburg. Con
siliario Bellico, Ordinum Equestrium Dioeceseos Hil
lesh. & Ducatus Brunsuico Guelpherbytani Deputato
respectivè Seniori,
Domino in Wrisbergholtzen, Brunkensen, Brunighusen
& Westelem.

Dn. LEVINO ADAMO DE BOK,
Serenissimi Principis Hæreditarii, Dn. AUGUSTI WIL
HELMI Duc. Brunsuic. & Luneb. Aulæ Præfecto,
Domino in Wulfingen & Elze.

Dn. LEVINO ADOLPHO
DE BENNIGSEN,
Serenissimi ac Potentissimi Principis ac Domini, Dn
ANTHONII ULRICI, Duc. Brunsuic. & Luneburg
Regentis, ac Principum S. R. Imperii Senioris,
Aulæ Capitaneo
Domino in Bantelum, Gronaw & Bennigsen.

Dn. JOANNI MICHAELI WACHTENDONK
J. U. D. Episcopalis Hillesh. Judicii Aulici Secular
Assessori Ordinario, ac Septem Ecclesiarum
Hillesh. Syndico.

D

Dn. SIGFRIDO HENNINGO OLDEKOP,
J. U. D. Episcopalium Hillesheim. Judiciorū Ecclesiastici Augustanæ Confessionis, ac Aulici Secularis Assessori Ordinario, nec non Ordinis Equestris ac Civitatum Diœcef. Hillesh. Syndico.

Dn. JOANNI MELCHIORI REICHEN,
J. U. D. Civitatis Alfeldensis Syndico.

Dn. THEOPHILO THYSIO,
Civitatis Gronaviensis Exconsuli.

DOMINIS, PATRONIS, FAUTORIBUS,

ET respective AMICIS.

Omni Honoris ac Observantiæ cultu, & respective affectu, perpetim prosequendis.

INter præclaras constitutiones alias, quibus in Episcopatibus Saxo-Westphalis Principes subditorum suorum incolumitati prospexerunt, maximè quoque illa eminet, quâ *Illorum* nomine certi ex Clero & populo Deputati Proceres, publica Provinciæ commoda curent, cu-

Dn. PLACIDO ROCKSLO,
Prælaturæ Benedictinæ Hillesheim. ad S. Godeh
Abbati Infulato Dignissimo.

Dn. BERNHARDO GöKEN,
Collegii Canonicorum Regularium S. Augustir
Monte S. Georgii prope Goslariam, hodie Grauhoff
Præposito Meritissimo.

Dn. CHRISTOPH. DE WRISBERGI
Serenissimorum Duc. Brunsuic. & Luneburg. C
siliario Bellico, Ordinum Equestrium Diœceseos
lesh. & Ducatus Brunsuico Guelpherbytani Deputat
respective Seniori,
Domino in Wrisbergholtzen, Brunkensen, Brunighuse
& Westelem.

Dn. LEVINO ADAMO DE BOK
Serenissimi Principis Hæreditarii, Dn. AUGUSTI W
HELMI Duc. Brunsuic. & Luneb. Aulæ Præfec
Domino in Wulfingen & Elze.

Dn. LEVINO ADOLPHO
DE BENNIGSEN,
Serenissimi ac Potentissimi Principis ac Domini,
ANTHONII ULRICI, Duc. Brunsuic. & Luneb
Regentis, ac Principum S. R. Imperii Senioris,
Aulæ Capitaneo
Domino in Bantelum, Gronaw & Bennigsen.

Dn. JOANNI MICHAELI WACHTENDO
J. U. D. Episcopalis Hillesh. Judicii A[illegible] Secu
Assessori Ordinario, ac Septem[illegible]
Hillesh. Syn[illegible]

jus originem, si ad priscum Carolinum ævum referam, me præsenti instituto nihil dedisse, equidem arbitror.

Gloriosissimus enim hujus nominis IMPERATOR, sapientia ac potentia verè *Magnus*, cum *Saxones Francorum* suorum regno, ceu socios, adjunxisset, & sagaciter prævideret, bellicosam hanc gentem, quæ Romanorum quoque ipsorum victricia ubique arma antehac stiterat, armis in officio contineri non posse, Saxoniam totam, intra Albim Rhenum ac Hercynios montes, tum comprehensam, in Diœceses dividit, Cathedralibusque Ecclesiis insignivit, ut accedente Episcoporum autoritate & jurisdictione Ecclesiasticâ, ac Dynastarum Nobiliorumque Provinciæ filiis in Cathedralibus ejusmodi Ecclesiis degentibus, religio magis stabilis esset, nec pro genio plebis avitus Deorum cultus, eique conjuncta status publici turbatio recrudescerent, utpote quâ ratione Episcopi cum Capitulis suis de rebus Diœcesanis ac statu Provinciæ-Ecclesiastico subinde consultare, necesse habuerunt. Ipsi verò per universam *Saxoniam* Dynastæ omnes primitus juri Episcoporum Diœcesano subjiciebantur, donec plures eorum sensim tam CÆSARUM indulgentiâ, quàm religione inducti, secularem quoque Episcoporum juris


risdictionem agnoscerent, ac introductâ dein Eorundem superioritate territoriali, in rebus Provinciæ ac status publici, etiam iisdem inconsultis ab Episcopis non facile quicquam decerneretur. Ea enim antiquæ Saxoniæ facies fuerat, ut regimen Provinciæ esset populare, ac singulis annis certi ex Dynastis ac Nobilibus Proceres, generali conventu ad *Visurgim* in *Markello*, medio hodie inter *Alfeldiam* nostram & *Bodenwerderam* itinere, eligerentur, qui publica negotia per annum istum curarent, Satrapæ *Bedæ*, Scriptori gentis hujus omnium antiquissimo, voce Persicâ dicti. Dubium proin nullum est, CAROLUM Imperatorem, susceptis post triginta trium annorum bellum in societatem *Francorum* suorum *Saxonibus*, pristinam Reipublicæ formam, adeoq; conventuum publicorum libertatem iisdem reliquisse, ac tantùm juxta formam Francici regiminis, Ducem illis constituisse, *Widekindum* nempe, Dynastam Engeranum, in Comitatu hodie Ravensbergio. Hic enim sub initium belli à popularibus suis in conventu publico primùm electus, dein exemplo sine omni exemplo, animo semper invictus, valetudine integrâ, atque per annos triginta tres ab initio ad finem usque indefessus, bellum Regiâ autoritate contra Eundem administraverat, ac fortè conditione non aliâ CAROLO se submiserat. Alterius instituti & fortassis etiam temporis

poris erit, ſepoſito omni partium in religione ſtudi prolixiùs de materia hac agere, illud tantum occaſ.on præſenti mihi demonſtrandum erat, Ordines Provinci les Eorumque Deputatos, tam ex Clero quàm ex popu lo, in Epiſcopatibus jam Carolino ævo introductos, qu bus ſubin alii ex Cleri minoris atque Urbium Deputat acceſſerunt, quorum exemplum dein ſeculares quoqu Principatus, quamvis non pari ubique paſſu, æmula ſunt.

Atque uti DIOECESIS quoque NOSTRA HILLES HEIMENSIS, à Laudatiſſimo IMPERATORE, ejusqu Filio LUDOVICO PIO, ad ſylvam *Hills*, iſto æv à *Viſurgi* ad *Inneram* uſque porrectam, fundata, àqu *Baſilicâ Cathedrali* demùm *Benneburgi* ominosè, ut volur conſtitutâ, veluti quadam populorum per *Hillſam* d ſperſorũ manſione, denominata, Ejuſmodi *Statibus Pr vincialibus* Eorumque *Deputatis* jam in decimum uſqu ſeculum gaudet, ceu quoque ALFRIDI, BARWARD aliorùmque Epiſcoporum tabulis probatur, ita quoc moderno tempore *Veſtra* imprimis, *Illuſtriſſimi, Reveren diſſimi, Perilluſtres, Generoſiſſimi, Nobiliſſimi, Conſultiſ mi, Ampliſſimi, Spectatiſſimique Domini, Domini*, cura ci ca Patriam elucet. Non quidem in *Veſtrarum* reſpe ctive familiarum decora excurram, ſic enim ſtatim Pa rentes, Patrui, Avi atque Atavi ab origine longâ pra ſto forent, quorum inſignia in Remp. cujusque ſuar

mer

merita vel solertissimum fatigarent, qui dignè absolveret, & integræ panegyres mihi concinnandæ forent, si modestia *Vestra* permitteret; Illud tantùm, quod Medicorum est tangam, vix de pestiferâ lue ex Polonicis oris, aliisque morbis summè malignis ac contagiosis quicquam increbuerat, cum mandante ILLUSTRISSIMO ac REVERENDISSIMO CATHEDRALI CAPITULO, Sede hâc impeditâ REGENTE, *Vestrarum* etiam curarum arbitraremini, omnia eò conferre, ut sanitas incolarum ac subditorum hujus DIOECESEOS quoquo modo salva & incolumis servaretur. Vix ipse coram plerisque *Vestrar. Vestr. Dominat. Domination.* Tractatus hujus mei, jam plures ante annos elaborati, mentionem injeceram, cum *Vestro* favore lucem publicam aspiceret, ne, quod facilè librariorum morâ accidere potuisset, tardiùs impressionis negotium succederet, hac ratione verò eò citiùs sanitati incolarum *Vestrorum* consuli posset. Atque famâ hac *Vestrâ*, nunc in literato quoque orbe inclarescente, ac perennaturâ, ut quam diutissimè *Ipsimet* fruamini, inque Patriæ commoda feliciter semper res geratis, ex animo voveo; mihi certè hac occasione nil acceptiùs contingere potuit, quàm hoc qualecunque observantiæ monumentum erga *Quosdam Vestrarum Vestrarum Dominationum Dominat.* exigere, de Quorum gratioso affectu mihi jam à plurimis annis gratulatus sum, ac usque gratulabor. Scripsi Hillesheimii die VI. Octobris Anni M DCC IX.



PRÆFATIO.

PRodit demum in publicum Selectorum meorum Diæteticorum liber, non scribendi quodam cacoëthe, aut gloriæ literariæ affectatione, sed unicè aliis inserviendi, artemque nostram excolendi studio concinnatus. Ea enim corporis humani conditio est, ut sanitas ejusdem salva consistere, ac vita longa sperari nequeat, nisi continuâ restauratione tam partium solidarum vigor, quam contenta fluida reficiantur, atque hæc in perenni motu suo conserventur. Hoc ipsum cum solâ diætâ mediante fiat, primum omnium ac præcipuum Medicorum officium arbitror, diætam ejusmodi cujuscunque constitutioni convenientem, morbosque omni ratione præcavendi methodum suis, quorum valetudini præsunt, sedulò monstrare, idque multò magis, quod morbi minori d. consol. ad Mar. c. 9. *periculo præcaveantur, quàm abigantur, &* Senecæ *judicio, vim præsentibus malis auferat, qui futura prospexit. Nostro id imprimis ævo eò magis necessarium arbitror, quo minus morborum curationes* Select. Med. Sect I. §. 10. *ægrotantium maximè culpâ, ut* alibi *pluribus recensui, ad votum interdum succedere deprehenduntur.*

Atque hoc ipsum me permovit, ut quæ pro occasione ab ægris per viginti & plures annos suppeditatâ, ex Autoribus tam experientiâ quàm ratiocinio conspicuis eum in finem selegeram, sensim in ordinem

reda

redacta, propriisque observationibus illustrata, publica usura committere decreverim.

Plura quidem me ab instituto hoc deterrere potuissent, ac imprimis censura quorundam, quasi materia ejusmodi diætetica à nullo seu scriptorum Medicorum, seu quoque artem facientium suis locis ac temporibus negligerentur, atque eapropter peculiari tractatione amplius non indigerent, quæ tantùm iliada *post* Homerum *referrent. Verùm cum in contemplatione naturæ nihil superfluum existere queat, quid de rebus ad sanitatem pertinentibus dicam, de quibus dies diem docet, quarumque scientiam exempla in praxi quotidie occurrentia augent ac perfectiorem reddunt, adeoque non absque fructu publicis scriptis quasi refricantur; Præsertim si licitâ versurâ, unoque velut intuitu sistatur, quicquid de conservandâ valetudine sparsim in libris non cuivis obviis occurrit. Hoc ipsum enim acutissimus* Boylæus *utilitatis longe majoris pronunciavit, quàm primo statim impetu homines dignoscant. Ac licet interdum adducatur, quod jam antehac ab aliis traditum fuit, facie tamen aliâ id fit, utque eadem res diversis picturis expressa, non tamen ejusdem censetur pretii, ita quoque eandem* Selectorum *horum rationem futuram confido.* Histor. sanguin. human. p. 7.

In ipsâ tractatione ita me gessi, ut methodo ordinatâ singula proponerem, nihilque omitterem eorum, quæ quidem hujus materiæ sunt, aut aliàs ad cathe-

dras magis Academicas pertinere quibusdam videbuntur, ne quicquam ab his quoque desideraretur.

Select. Med. Sect. II. §12.

Quælibet autem suo loco succincte retuli, atque uti jam ante hac ostendi, causarum morbi externarum tractationem rectius inter evitanda, adeoq; in parte Hygieine, quàm pathologicâ institui, ita illud quoque hic semper egi.

Select. Med. Sect. III. §. ; .

Ex veterum scriptis experientiam, ceu jam alibi monui, ac novissimè Illustrem hodie Archiatrum,

Diss. Phys. Med. Select. præf.

Hoffmannum *plane* ὁμόψηφον, *deprehendi, semper admisi, terminosque etiam, quantum quidem per recentiorum inventa licet. Ne quoque quempiam Autorum, quibus observationes aut exempla debentur, honore suo defraudarem, nomina ad marginem apposui, ac loca in gratiam Medicorum aliorumque addidi, in quibus materiam illi ulterius tractant, ac librorum editiones subjunxi, quibus ipse utor. Quapropter etiam styli inæqualitatem nemo mihi vitio vertet, cùm verba Autorum, ubi rem satis bene exprimunt, retinere, quàm meis efferre maluerim. Hæc Te,* Lector, *monere ante volui, ne Tibi quicquàm displiceret, sin verò, Tuo etiam judicio, non tamen invidioso, nec supercilioso, nec plebeio, nec umbratico; sed recto & fundato lubens acquiesco.*

SE-




;ERIES MATERIARUM.

Se-






SE



SECTIO PRIMA.

DE AERE.

CAPUT I.

De mutatione Aeris juxta anni tempora.

I.

AEris consideratio inter ea, quæ sanitati tuendæ conducunt, primo meritò loco occurrit, ac omnino maximi momenti est, tam propter ejusdem ad vitam producendam necessitatem, quàm singularem, cum vitiosus est, nocendi vim. Neque enim, ut de evidentibus tantùm dicam, respiratio, transpiratio aliæque excretiones absque concursu ejusdem unquam succedent. ita ut aëre, seu ut accuratius nunc distinguunt, æthere elastico, tanquam universali quodam spiritu à primo vitæ nostræ exordio ne momento quidem temporis absque suffocationis periculo carere queamus; & idem prout cum temperamento cujuslibet magis minusque conspirat, non sanitatis solùm, sed & longioris ac brevioris vitæ causa recte simul arguatur. Aer verò vitiosus cibo tali longe nocentior est, utpote qui statim intimos corporis recessus occupat, spiritusque ipsos inficit ac continuò afficit, cum econtra cibus vitiosus unâ saltem atque alterâ vice aut per intervalla assumatur, vomituque facilè iterum excutiatur, aut caloris naturalis beneficio demum digeratur.

Bocconus *Obs. Cur. p.* 157.

Hoffmannus *Diss. sel. part.* 1 *p.* 185.

II. Corpus nostrum aër non unâ viâ ingreditur, [illegible]que per nares ad caput, perque eosdem acos & quidem

dem mediante asperâ arteriâ ad pulmones ac thoracem, oesophago verò ad ventriculum & ventrem inferiorem, per poros cutis in sanguinem habitumque corporis transit, ac uno quasi ictu omnia penetrat, ut nec fœtus in utero materno ab occursu ejusdem immunis existat.

III. Cum autem idem effluviis heterogeneis refertus ac in specie humidior, corpora quoque dura ferrum, chalybem, aliaque ex metallis confecta rubigine afficiat, ac peregrino colore obducat, adeo ut argentum interdum penè in cuprum transmutatum appareat, mirum quoque non est, eundem in corpora nostra molliora agere, ac pro diversitate effluviorum, quibus scatet, notabiles interdum ac subitaneas spirituum, sanguinis ac humorum, quin & partium solidarum mutationes producere. Nec solùm corpora, sed & animi certas mutationes pro variâ aëris ratione subeunt, unde & quidam cœlo turbulentiore existente morosiores & minus agiles ac ingeniosi, èccontra verò eodem sereno magis ac placido, alacriores quoque sunt ac magis tractabiles.

Hanneman-nus *Misc. Cur Germ.* Dec. 2. *Ann.* 5 *Obs.* 14.

IV. Ante verò quam de aëris in athmosphærâ nostrâ mutationibus & effectibus ordine agam, quædam de manifestis ejusdem, ut vulgò loquuntur, qualitatibus in excessu peccantibus, seu simul salinis, præmittenda, utpote quæ sequentia omnia respiciunt. *Frigidior* proin aër fibrillas cutaneas nerveas spasmodicè quasi constringendo, poros ejusdem occludit, & transpirationem cohibet, unde effluvia corporis retinentur, circulatio sanguinis inæqualis evadit, & hic ipse humoresque redduntur acriores & fermentativi, incrassantur, coagulantur, stagnant, ac catarrhi, inflammationes, febresque oriuntur. *Calidior* è contra corpus nostrum rarefacit, sanguinemque & humores attenuat, ac circulationem intendit, spiritus inflammat, appeti-

rum & digestionem minuit, viresque delassat, omnium pessimus, si *humidior* simul existat; quoniam tunc fluida corporis nostri ad fermentativam quandam corruptionem simul disponit. Humidior enim aër per se corpus ejusque partes imprimis nervosas relaxat & cruditates parit, unde manifesta statim lassitudo ac pulsus quodammodo debilior percipitur. Siccior è contra sanguinem ac humores reddit acriores, quapropter in magnis siccitatibus morbi tabifici, ophthalmiæ, articulorum dolores, urinæ stillicidia ac dysenteriæ affligunt. *Hippocrates Sect. III. aph. 16.*

V. Mutationem suam aër primario à Solaribus radiis accipit, hic enim cum ignis quidam concentratus sit (uti radii ejusdem per speculum ustorium aliaque instrumenta in fuscum pulverem concentrantur) & lumine suo omnia lustret, omnino quoque aërem pro variâ radiorum ejus impressione aliâque modificatione affici necesse est.

VI. In specie id juxta *quatuor anni tempora* accidit, quæ pro vario, quem terra in motu suo circa Solem, illum universi hujus à Divinâ usque creatione quasi rotatorem, acquirit versus eundem positu, adeoq; diversâ radiorum hujus ad horizontem nostrum projectione, in Europa communiter ita determinantur, in aliis verò orbis partibus aliter se habent, uti vernum tempus apud Ægyptios in Januarium ac Februarium, apud Abyssinos in Septembrem incidit. *Alpinus de Med. Ægypt. l. 1. p. 10.*

VII. *Verno* tempore, cum à radiis Solaribus versus horizontem nostrum propius accedentibus magisque rectis, ac naturâ robore quasi novo accepto redivivâ, cuncta in globo nostro terraqueo agitentur, & varia effluvia athmosphæræ commisceantur, quis dubitaverit aërem quoque tunc magis agitari atque elasticum reddi. Eundem verò vel à pauxillo calore rarefieri thermometra docent, utpote quibus si tantum temperatus digitus

admoveatur, aër ſtatim exin expandi deprehenditur. Vernum autem particulis imprimis maximè nitroſis ſcatere dubium non eſt, cum tellus atomis ejuſmodi per hyemem referta exiſtens verno tempore vivifico calore Solis quaſi recludatur, particulæque hæ exin agitatæ dicto modo in athmoſphæram eleventur, ac cum aëre corpus noſtrum iterum ſubeant, cujus inſuper pori propter calorem ambientem tunc ſimul laxiores, adeoque iiſdem tranſmittendis aptiores exiſtunt. Accedunt milleformia plantarum tenellarum germinantium effluvia, aëri verno quoque immixta, quod ex roris majalis ſedimento terreo apparet, ceu ex quo iterum variæ plantæ mediante culturâ educi poſſunt. Cùm verò ex allatis rationibus aër valde fermentativus exiſtat, ita ſanguis etiam noſter humoreſque, qui per frigus hyemale quaſi condenſati fuerant, citius incaleſcunt, efferveſcunt magiſque expanduntur, quod febres varii generis, hæmorrhagiæ, epilepſiæ ac apoplexiæ ſub id tempus ingruentes docent. Et quidem plerumque cum quadam quaſi deſpumatione ad partes cutaneas & exteriora, unde & catarrhi, febres ſcorbuticæ, petechiales, variolæ, morbilli aliique cutanei morbi eo tempore frequentiores exiſtunt. Hi ipſi tamen affectus uti aliàs in diſpoſitis tantùm obveniunt, ita quorum corpora vitioſis humoribus ſcatent, dictiſque affectibus obnoxia ſunt, ſi conſultum ſibi velint, aërem hunc evitent, inque eodem non admodum ſe moveant. Præterea magna aëris verni inæqualitas eſt propter exhalationes ejuſmodi & calorem adhuc mediocrem, qualis frigoris caloriſque alternatio vere inchoante manifeſtè deprehenditur, quæ omnia etiam ſanis non poſſunt non nociva exiſtere.

Coleus de febr. intermitt. c. 7. p. 167.

Ettmullerus Coll. pract. op. T. 2. p. 293.

Hippocrates Sect. III. aph. 20.

VIII. *Æſtate* propter radios Solares magis rectos quotidie exiſtentes, & diuturniorem collectionem, aër calidior

dior siccior ac alcalino acris evadit, qui simul varias telluris ac mineralium particulas æstu Solari in athmosphæram nostram elevatas, magis magisque attenuat, ac sanguinem tenuiorem & acriorem reddit, unde continui sudores & febres æstuosæ, quæ subin malignæ & petechiales existunt, imo prout magis adauctus aëris fervor ver humidum ac tepidum excepit, in pestem ipsam, accedente scilicet contagio specifico, degenerant. Corpora temperata ac sana æstate ponderis minoris tribus circiter libris quam hyeme existunt, propter transpirationem tunc temporis auctiorem. Dimerbrockius *l. 1. de pest. p. 10.* Sanctorius *med. stat. s. 2 aph. 23*

IX. *Autumno* propter remittentem radiorum Solarium influxum aër magis effœtus evadit, eaque propter quoque eundem plurimis effluviis salso acidis scatere certum est. Hæc ipsa cum massam sanguineam ab æstatis prægressæ æstu jam enervatam spiritibusque orbatam, simili ratione ad aciditatem disponant, idcirco omnia tunc temporis in corpore magis magisque ad coagulationem tendunt, fluida ejusdem prius expansa magis concentrantur, & ad stagnationes obstructionesque disponuntur, à quibus porrò febres anomalæ & quartanæ, tabes, ischuriæ, stranguriæ, lienteriæ, dysenteriæ, dolores ischiadici, anginæ, asthmata, passio iliaca, epilepsiæ ac melancholiæ causantur. Præterea minus salubris est autumnus, tum quia respiratio à supervenientе aëre frigidiore impeditur, tum quia quod transpirari perhibetur, in corpore remanens acrius & fermentativum evadit. Ex hoc fonte iterum semina morborum per æstatem concepta exaltantur quasi ac febres malignæ petechiales, imo & pestis ipsa, mediante tamen contagio specifico, circa Novembrem initium sumunt & hyeme grassantur. Accedit autumni ipsius inæqualitas ac aëris anomalia, hic enim matutino & vespertino tempore frigidior est, circa meridiem Hippocrates *Sect. 3. aph. 22* Sanctorius *Sect. 2. aph. 42*

verò calidior, unde & morbi quoque tunc perniciosissimi. Nullâ vero autumno facile quispiam ægritudine afficietur, si frigus superveniens illum vestibus probe munitum deprehendet, bene excernat, urinam imprimis, & ciborum ingestione se in eodem pondere conservaverit.

Sanctorius. Sect. II. aph. 40.

X. *Hyeme* radii Solares brevissimo tempore in horizonte nostro morantur, ac magis etiam obliqui versus eundem projiciuntur, unde aër quoque sensim frigidior, humidior, crassior & gravior evadit, qui poros corporis ac sanguinis non ita penetrat, sed potius obstruit ac occludit; Quapropter etiam interiora magis quam æstivo tempore calent, ac inflammationibus obnoxia redduntur. Scilicet ab aëre hyemali, pleuritides, peripneumoniæ, lethargi, gravedines, raucitates, tusses, dolores pectoris, lateris ac lumborum, cephalalgiæ, vertigines, apoplexiæ. Et hi affectus omnes eo magis, quo repentinum magis, ac nimium frigus exstiterit.

Hippocrates Sect. III. aph. 23.

XI. Cæterum quæ de aëre juxta anni tempora variante hic allata sunt, intelligenda de iisdem juxta ordinariam sublunarium legem debite constitutis. Non rarò enim accidit, ut circa æquinoctium vernum, imo diu post rigidissimum adhuc gelu existat, ac tellus frigore claudatur, è contra verò solstitium hyemale tepidum ac austrinum sit, quibus casibus & aër ejusmodi alios affectus & quodammodo mixtos causatur.

XII. Ad aërem quoque *Solstitiorum* & *Æquinoctiorum* ratio referenda, quorum tempora cum anni partibus conveniunt, æquinoctii scilicet verni cum principio hujus, solstitii æstivi cum primo hujus die, æquinoctium vero autumnale & solstitium hyemale cum utriusque partis principio coincidunt. Et profecto non de nihilo est mutatio istiusmodi, quæ attendente jam hoc ipsum in

suo

climate calidiori *Hippocrate* circa tempora illa acci-tam apud ſanos, qui plerumque epidemicis ſpora-sque morbis tum corripiuntur, quam ægros, chro-s præſertim morbis decumbentes. Hi enim tum in melius vertuntur vel in deterius labuntur, quod amentum ſuum habet in contrariis, quas aër tem-ribus ejusmodi aſſumit qualitatibus, cum tempe-mento ægri vel diſſentientibus vel conſpirantibus, ticus ac ægrotantium quidam, dum in mari ver-tur, vitam adhuc ſatis diu trahere, ſtatim verò ac terram veniunt, vel ventum ab eadem flantem in-unt, ſubitò mori conſueverunt. Mutationes certè s circa dicta tempora frequentiores Mercurius in rometro variante ſuo ſitu indicat, mox ſuperiorem, inferiorem locum occupans, cum æſtate vix ul-tres gradus deſcendat adſcendatve. Et valetudi-ri aut affectibus periodicis obnoxii, arthritici, aſth-tici, hypochondriaci, lipothymici ac epileptici, quo non circa illa tempora moleſtantur; Teſtaturq; de ſemet ipſo *Thomas Bartholinus*, ſolſtitiornm tempore ad omnia conſueta munia inutilem exiſtere, & quaſi bo quopiam inſtante laſſari. Etiam infantes iſtis temporibus concepti, conſtitutione corporis imbecil-exiſtunt. Inter ſolſtitia autem æſtivum, inter æ-noctia vero autumnale ſuo ævo & climate pericu-liſſima pronunciavit *Hippocrates*. Apud nos æquino-ctium autumnale ac ſolſtitium hyemale ægris magis cialia deprehendũtur, ut vel morbis acutis plures obe-, vel chronicis corripiantur aut iisdem ſuccumbant.

l. d. Nat. human.

Wollffius Cent. 1. obſ. 1.

l. de Comet. p. 12.

lib. de aër.

CAPUT II.

De mutatione Aëris à Luna & ſtellis.

Præ Solem quoque à Lunâ aër mutationem quan-dam ſuſcipit, teſtante id non ſolùm barometro,

ſed & phœnomenis illis, quæ circa novilunium & plenilunium in plantarum vegetatione ac agriculturâ observantur. Lunare enim corpus, quamvis lumen omne ſuum à Sole accipiat, radiosque illius ſaltem reflexos in parte valde exiguâ ad nos remittat, hi tamen ipſi ſimul aliquid humoris ad ſublunarem noſtrum orbem devehunt, planeque diverſos a Solaribus immediate ad nos projectis radiis effectus producunt. Scilicet in plenilunio inſigni frigefaciendi facultate radios hos præditos eſſe, non uno experimento patet, dum inter alia ſpeculo ac conſpicillo vitreo excepti manuique applicati talem cum frigore horrorem inducunt, ut tota quaſi obtorpeat; ac quoque per ſpeculum in materiam maximè viſcidam, lacteſcentem, & tactu frigidam uniuntur.

Hoeckius in *Act. Lipſ. an.* 1707 p. 153

Priccius in *parod. p.* 62.

Ettmullerus *Tom.* I. *p.* 209

II. Imprimis autem cerebrum, quoniam ad conſervationem ſui multo calore per ſanguinem arterioſum communicando indiget, adeoque frigidum omne eidem inimicum exiſtit, frigoris Lunaris energeiam maximè experitur, quod præ aliis exempla eorum, qui in radiis Lunaribus dormiunt, docent, qui facile inde Epileptici ac paralytici redduntur. An verò juxta Lunæ quadraturas incrementum & decrementum patiatur, gravis quæſtio eſt. Accuratiſſimus *Diemerbrökius* nullo firmo argumento id demonſtrari poſſe cenſet, quin planè contrarium ſe expertum teſtatur in vulnerato quodam, cui oſſa cranii fracta ad latitudinem Imperialis Joachimici ablata, duraque mater eâdem magnitudine ſponte ſeparata & exempta fuerat, utpote quo caſu ejuſmodi cerebri juxta phaſes lunæ mutatio viſum neutiquam ſubterfugere potuiſſet: Econtra Illuſtris Præſes Societatis Noſtræ *Schröckius* eandem ex *Moreti* & *Salmuthi* experientia affirmat, modumque affectionis plenius & pro more ſuo eleganter explicat.

Fabric. *l. d. ſcorzoner. p.* 124.

l. 3. *Anat. p.* 351.

Miſc. Cur. Germ. Dec. 2 *Ann.* 3. *obſ.* 116. *ſchol.*

Pro-

terat autem dicto Miscellaneorum loco *Muraltus* m, cui ex lapsu in terram cranium fissum fue- plenilunio pejus quam novilunio se habentem, nnia suâ quoque experientia confirmat *VVolffius*. e si alios affectus circa lunæ phases in cerebri osi generis morbis debilioribus naturis obvios remus, non omni fundamento caret assertio di. De habitualibus Epilepticis juxta Lunares di quadraturas male se habentibus, confirmata & quædam juvencula epileptica maculas aliquan- acie habuit, quæ pro variâ lunæ phasi, magni- & colore quoque variæ apparebant. Noctam- erdum quovis plenilunio mediâ sub nocte su- s domus partes conscendunt. Colicæ quoque es quædam in plenilunio cum ventris rugitu, ne mirum sæpe in modum aucto & in altum sub- figunt, cum Lunâ verò decrescente iterum re- t. Et calculi vesicæ dolores quibusdam cre- Lunâ magis auctiores, haud secus ac urina pro Lunæ phasi varie quoque exernitur, ut vel in ma- pia secedat, vel supprimatur, cujus ipse aliquan- illustri quadam personâ exemplum habui; quæ n in cachexiam Ichteritiam prolapsa est. Et pestem pro phasi lunæ exacerbari, constans Au- observatio docet. Qui in Belgio morbis cum dine humorum conjunctis ac pituitosis infestan- unâ plenâ obire, hectici vero ac sicci senes eadem secedere dicuntur. Quod si verò eidem efflu- liquem adeoque radius ejusdem positivum effe- scribere forte haut convenit, privativus tamen e denegandus. Uti enim à Solari lumine calor & quasi spiritus quispiam universalis mediante am ad corpus nostrum derivatur, cujus benefi- ipsum quoque in vigore suo conservetur, ita è con-

Obs. Chir. p. 37.

Bartholinus *l. d. Comet. p. 12.*

Lanzonus *Misc. Cur. Dec. 3. Ann. 5. obs. 1.9*

Forestus *l. 18. obs 8.*

Hoffmannus *Misc. cur. Germ. Dec. 2. Ann. 6. Obs. 168.*

Ridlinus *Itin. Med. p. 34.*

Bartholinus *Act. Hafn. Vol. 1. Obs. 5.*

Dimerbrokius *l. d. pest. p. 17.*

Lemmius *l. 4. occ. Nat. mir. c. 1 & l. 2. c. 41.*

Ettmullerus *Tom. 1. p. 771*

è contra Lumine Solari per Lunam ejusque phases modificato, cerebrum imprimis ac genus nervosum magis afficitur, utpote ægrius defectum caloris tolerantia.

III. In *Ecclipsi* etiam Solis aër insigne quippiam patitur, & quidam ita afficiuntur, ut notabilem alterationem doloresque capitis percipiant. Proprio experimento id confirmat *Ramazzinus*, dum Anno 1694. 27. Jun. in ipso Ecclipsis Solaris tempore Mercurium ad duas lineas in Barometro se extulisse deprehendit, certo argumento, aërem illo temporis momento graviorem frigidioremque redditum. Talem quoque in ecclipsi illâ anno 1706 die 12 Maji non solùm deprehendimus, sed & galli gallinacei testati sunt, non aliter ac tempore gallicinii seu crepusculi matutini cantantes, nec non hirundines obvolitantes, nidosque & latibula sua quærentes. In Helvetia, utpote altissimo Europæ loco, Ecclipsis hæc eo gravior exstitit, ut tenebræ exortæ, ac legi quippiam scribique non potuerit, aves ex aëre deciderint, ac vespertiliones volitârint. In homine verò mediante aëre ac effluviorum Solariũ subtractione, ecclipses ejusmodi spiritus vitales imprimis afficiunt ac supprimunt, variasque in corpore humano alterationes causantur. Promovet easdem terror circa tempora isthæc animos timidiorum imprimis ac hypochondriacorum occupans, quoque ipso ad affectus ejusmodi morbosos magis magisque disponuntur. Quod verò non omnes ægri afficiantur, & quidam aliquando morti proximus sub ipsa Ecclipsi Solari vires ad biduum recuperârit, veritati huic non contrariatur. Cæterum post Ecclipsin Solis magnam mulieres aliquando in Sicilia monstra duorum capitum peperisse observatum est.

Borellus cent. 2. obs. 30
Misc. c. G. Dec. 3. Ann. 4. App. §. 15. 16.
Valentinus Nov. Lit. Hamb. Ann. 1707. p. 235.
Feinlerus tract. histor. p. 4.
Ridlinus Millenario cent. 1 p. 48. & Eph. Ann. 6. p. 1277.
Bartholinus Cent. 3. Ep. 76.

IV. Ecclipseos Lunaris efficacia mihi quidem admodum

dum parva videtur. Eadem tamen non minor Solari ab Eodem curiosissimo *Ramazzino* deprehensa, utpote quâ anno 1694. 27 Jun. durante in Mutinensi civitate per noctem major pars ægrotantium obiit, ac eâdem pene horâ, quâ nimirum Lunâ laborabat, quin & nonnulli repentinâ morte interiêre. Celeberrimus *Verulamius*, quoties Luna in ecclipsi defecit, repentino animi deliquio corripiebatur etiamsi nullam defectionis lunaris notitiam præviam habuisset, quamprimùm autem Luna priori lumini restituta confestim refocillatus convaluit. Forte autem Autores hi ecclipses Solares intellexerunt.

Bartholinus de Com. p. 13 Konigius Misc. c. G. Dec. 2. Ann. 9. Obs. 132.

V. Reliquorum *planetarum*, *cometarum*, interdum impune spectatorum, ac *stellarum fixarum* in aëre alterando concursus, quamvis ab Astrologis asseratur, cum tamen lumen horum corporum, ceu quoque ex conspectu eorundem apparet, multis modis debilius ac ipsius Solis ad nos deveniat, etiam eorundem effluviis adeo sensibilis efficacia adscribi nequit. Saturnum interim athmosphæram nostram frigidiorem ac rigidam nimis reddere, elapsâ hyeme abunde sensimus, & de aliis planetis tempestatum varietas confirmat. Canicularium tempore fluctuant in cellis vina, canesque maximè in rabiem aguntur, ac inter homines febres ardentes grassantur. Imo quamvis interdum æstus non adeo magnus existat, carnes tamen faciliùs tum putrecunt.

Swelingius Clerv. scient. part. 4. p. 310.

VI. *Paracelsus* certa stellarum recrementa asserit, quæ in terram quasi exspuerent, unde febres malignæ, anginæ, colicæ imò pestis ipsa sequerentur, eaque interdum intestinis simillima existere, interdum linguâ crassitudine digitali, punctis atris signatam repræsentare, modo maculis luteis nigris ac lividis insigniri. Verùm cum asserta hæc rationi repugnent, ac præter unum *Paracelsum* nemo alius ejusmodi quid observare

Dimerbrokius l. de pest. p. 20.

D potue-

potuerit, hæc ipſi ebrioſo ac ſomnianti ita apparuiſſe arbitror, quamvis aliàs ſobrius non pauca ad Medicinæ ac Philoſophiæ etiam illuſtrationem ſuppeditârit.

Borrichius *Hermet.Vindic. p.* 286. 421. Hierne.*Nov. Hamb. ann.* 709.*p.* 171.

CAPUT III.

De mutatione aëris à meteoris.

I.

Astris ſuccedunt meteora, & quidem primò ignea. *Fulmina* maximam partem naturæ ſulphureæ exiſtunt, cum luceant ac ardeant,, odoremque ſulphuris referant, ac proin abſque omni dubio quoque aërem & loca mutabunt, ubi copioſiùs vibraverint. Quamvis autem halitus ejusmodi aërem forte corrigerent, uti vulgò alias eum in finem ſuffumigia ex pulvere tormentario adhibentur, non tamen omnium ſanitati æque conducit aer ejusmodi ſulphureus, cum etiam poſt fulmina in iſto tractu cereviſia recens & vinum in vaſe aceſcant.

II. Ex meteoris aereis ſunt *venti*, quorum ad ſanitatem ea utilitas eſt, ut corruptionem aeris arceant, adeoque cauſas morborum, & peſtilentiam ipſam tandem inſecuturam diſcutiant, cui loci ventis non perflati obnoxii evadunt. Eorundem verò quoque in aere corrumpendo efficacia maxime inſtituto *Varronis* patet, qui claſſem Romanam Corcyræ totam penè ægrotantem, immiſſo feneſtris novis aquilone, obſtructisque quæ auſtrum admitterent, ac januâ permutatâ ſanitati reſtituit. Et quis non ventorum efficaciam cum ſanitatis interdum diſpendio indies experitur. Hi ipſi verò aliam atque aliam temperiem induunt propter locorum conditionem & ſitum, ex quibus & per quæ ſpirant, quæ inter maximè eminent montes, ſylvæ, paludes ac lacus, adeo ut ſi mons quiſpiam nivibus coopertus etiam verſus meridiem ſitum ſuum obtineat, ventus ob medium

Plempius *l. 3. fundam. p.* 214.

Kircherus *l. 4. Mund. ſubt. p.* 214.

dium nivosum, quod pertransit, frigidior, qui paludes terrasque aquis stagnantibus perfusas transit, humidior, qui per arenosa deserta & sabulosa loca, Solis æstu adusta spirat, calidior & siccus magis existat, quique è locis metallicis, speluncisque prodit, malignus ut plurimum sæpiusque pestilens evadat. Plerumque autem refrigerant venti, & caput imprimis obstruunt, quod præ aliis corporis partibus maxime iisdem exponitur. *Orientalis* tamen, quod ex locis Sole æstivo exsiccatis proveniat, calidior paulo & siccior est, nisi quod hyeme ac medio vere in quibusdam regionibus frigus intensum afferat, quod nives in montibus altissimis jacentes Solaribus radiis magis rectis existentibus, liquescat, & frigidos ejusmodi atomos eò quoq; advehat. Tranquillus ut plurimùm ventus est, nec turbis procellosis comitatus, saluberrimus simul ventorum, & magis cum spirat mane, quàm vesperi. *Occidentalis* utpote ex oceano Atlantico exsurgens, frigus humidum ac imbres largas infert, ac præterea impetuosus valde & violentus est, præsertim si cum boreali australique junctus fuerit. Salubrior tamen cum spirat vesperi, utpote à loco, in quo tum à radiis solaribus magis attenuatur atque illustratur. *Septentrionalis* è locis Soli intactis, niveque & glacie obsitis spirans ventus, frigidus & siccus est, adeo ut si per aliquot dies continuet, frigus intolerabile & mediâ quoque æstate sensibile evadat. Siccitatem autem aer ipse indicat, qui eo spirante magis serenus evadit, & plateæ quoque squalore antea oppletæ, exsiccatæ. Septentrionalis verò ejusmodi ventus pectori & toti corpori maximè nocet, quamvis aliàs in se non insalubris existat, aeris corruptionem impediat, ac eundem quasi expurget, adeo ut pestes ipsæ versus aquilonem progressæ, plerumque sistantur; Populi quoque Septentrionales Scoti, Norwegi, Sueci, Livones, Lithuani

Hoffmanus *Diss. sel. part.* 1. *p.* 15.

Plempius *l.* 3 *fund. p.* 215.

Hoffmanus *Diss. sel. part.* 2. *p.* 288.

thuani ac Moschi corpora habent procera, obesa, robusta, coloris candidi, oculos cæsios, capillos directos, ossa oblonga ac sanguinem multum. Quapropter etiam fortes sunt & bellicosi, fœcundi ac longævi, idque propter transpirationem ab aere ejusmodi moderatam, adeoque conservationem calidi & humidi, in quo vita & nutritio consistit. Cæterùm ventus hic in Belgio quoniam à mari Hollandico afflat, nubes quoque è vaporibus Oceani illius concretas & pluvias simul advehit. *Meridionalis* seu *Auster*, quod è locis calidioribus spiret, inque comparatione ad nostras regiones mare mediterraneum maximasque paludes transeat, etiam humidus tepidus & fermentativus existit, ac squalore omnia replet, dum particulas aëris elasticas quasi laxat, ac eundem nubilosum & crassum efficit. Hinc verò capitis gravitas, vertigo ac somni turbulenti, sensus & memoriæ debilitas, lymphæ stagnationes ac defluxiones oriuntur, quibus etiam clavi in pedibus, & quod magis est calculi in vesicâ, majori dolore afficiuntur. Eâque ratione etiam qui in capite aliquando vulnerati fuerunt, austrum athmosphæræ imminentem in loco vulnerato percipiunt. In Belgio maritimo incolæ plurimâ anni parte ægrotant, quod multæ civitates Austrum atque Africum respiciant. Insuper, ventus hic alvum humectat, & corporibus lassitudinem causatur, unde plumbeus *Horatio* eleganter audit. Eodem multùm ac longo tempore spirante febres catarrhales, scorbuticæ, variolæ & morbilli frequentiores, ac maligna plerumque aëris constitutio subsequitur, & in juniore insuper ætate lumbricorum abundantia, qui eapropter certis annis frequentiores ac epidemici inter adultos non rarò existunt. Australes populi etiam, uti Afri, Arabes, Persæ ac Indi constitutione septentrionalibus contrarii sunt, corpore breviores ac macilenti, san-

Plempius *l. 3. fund. p. 215.*

Lemmius *occ. Nat. p. 298.*

l. 2. Satyr. p. 298.

Zacchias *Quæst. Med. Leg. l. 3. p. 315*

ine acri ac pauco, capillis crispis, adeo ut in re-
bus ejusmodi mulieres plerumque quadruplo nu-
viros superent, nec admodum fœcundæ existant,
tate verò Septentrionales superent. *Cardinalium*
rum varietatem ut subjungam, prolixum nimis
egregia verò experimenta de iisdem instituit Illu-
tr. chiater *Hoffmannus*. Futuros autem ventos be- *Diss. Sel.*
o barometri portatilis explorare docet *Parkerus*, *part.* 1. *p.* 166
ius Londinensis, ac quatuordecim diebus ante Ecchardus.
â chartâ indicat, qualis ventus singulis diebus in- *Act. Hannov. menstr. ann.*
ualisque aër sperandus sit, quod tamen ob ratio- 701 *p.* 81.
sagacissimo *Hoffmanno* allatas juxta cum eodem
deri minus posse arbitror. Ante omnia igitur in *p.* 157. 190
uendis ædibus, porticibus, vestibulis, fenestris, Lemmius
omnique prospectu per quem in triclinia & cœ- *occ. p.* 386.
venti se ingerere queant, dictorum ratio maxi-
benda, & quod cuivis satis abunde notum, inter
landum aut peregrinandum qui sanitati graves
vel evitandi, vel corpus contra eosdem vestibus
muniendum, vel sudorifera subjungenda.

L. Ex meteoris aqueis *pluvia* est, quæ si immode- Hippocrates
ac diuturna extiterit aërem ad corruptionem *Sect.* III. *aph.*
e disponit. Hinc assiduus imbribus putredines 17.
longæ, fluxus alvi, apoplexiæ, epilepsiæ, angi-
paralyses oriuntur, præsertim iis qui diutius in
jusmodi pluvioso versantur, madida vestimenta
pore exsiccari patiuntur, & jam aliàs ad recensi-
fectus dispositi sunt. Eadem & *nivis* ratio, cu-
em replentis incommoda & frigus positivum vel
norunt, & qui nondum ære lavantur interdum
e percipiunt. Nix enim figuræ hexagonæ est Bartholinus
osa, adeoque poris corporis sese insinuandis, iis- *de figur. Niv.*
ficiendis aptissima. Mordicatio tamen quam in- *p.* 36. 33.
ta ut membra nive tacta ardore quodam molesto Bartholinus *de Nivis usu*
rubeant, *p.* 50. 178. 187

rubeant, & autoribus quibusdam à frigore uſta dicantur, ſali cuidam nivali adſcribenda, de quo infra pluribus ago. Hinc enim quibusdam puſtulæ quoque in genis & naſo obortæ, quodq; qui per copioſam nivem peregrinantur, appetitum caninum ſeu bulimon patiantur.

Sect. III. c. 2.

IV. *Ros* vere & autumno imprimis comparens, arborumque ſæpe ac plantarum foliis maculas inducens facile indicat, qualis eo tempore aer ſe offerat, maximè in matutino peregrinantibus, cum & pecudi noceat, ſi ſummo mane in agros ejusmodi roſcidos agantur. Ros enim hic ſalium ac ſulphuris in aere genitorum vehiculum eſt, ac irritandi vi pollet, eoque magis corroſivus evadit, quo longius ab indole ſuâ degenerat, unde quoque qui nudis pedibus per campos & prata rorulenta ambulant, eosdem ſcabros ac maculis puſtulisque plenos exinde contrahunt. Quapropter à pecoribus deglutitus inteſtina eorum maxime afficit, alvumque ſollicitat, interdum adeo vehementer, ut vitam iisdem ſimul auferat, eâque ratione peſtem quandam pecorum cauſetur, atque hæc catervatim ſuccumbant. Quia verò & bilem auget, eapropter quoque viſcera animalium exin demortuorum poſt aperturam crocei coloris reperiuntur. Quamvis autem ad hominem omnia hæc non quadrent, ſaltem quid ab aere ejusmodi, quem tam matutinus peregrinator evitare nequit, quam herbis ac fructibus inhærentem cum cibis homines hauriunt, exſpectandum ſit, facile colligi poteſt. Dyſenteriam lethalem ex eſu braſſicæ capitatæ noxio rore infectæ, inſecutam notat *Scholzius* in *Miſcellaneis Societatis Noſtræ* ſimulque de roris qualitatibus noxiis pluribus agit. Ipſe quoque ejus opinionis ſum, dyſenteriæ Epidemicæ originem maximam partem ex rore ejusmodi corroſivo, poma pyra alioſque fructus horæi infe-

Hoffmannus *Diſſ. ſel. part.* 1. *p.* 241.

Voſsius *l.* 3 *Idol. p.* 388.

Dec. 1. *Ann.* 3. *Obſ.* 8.

ſtante deducendam. Sæpius enim in diſtrictu quo-m, poſt rorem ſecundùm certum nubium tra-m decumbentem, lues hæc graſſatur, in alio verò ceu poſt rorem ejusmodi hoc autumno in viciniâ braſſica capitata erucis inſectisque aliis abunda-cœpit, ac laudabili exemplo importatio ejusdem in prohibita eſt. *Pruina* quoque uti ros concretus eâdem ſimiliter corroſiva exiſtente herbæ quo-defiant, morbos primò pecudes contrahunt, à ægrotantium carnibus in cibum tractis homi-que neceſſariò patiuntur.

Huc & *rubigo* pertinet, in quâ non ſolùm acri-corroſiva ſtygiis aquis, ſpiritibuſque Nitri ac Vi-haut abſimilis præpollet, ut egregie *Ramazzinus* demonſtrat, ſed & inſectorum ſale volatili cau-turgidorum pullulago deprehenditur, de quibus *Schröckius* Noſter uberius tractat. Cum ali-ſub initium Julii in frumentis arborumque & frondibus rubigo ejusmodi appareret, iis qui labris deguſtaverant ſingularem nauſeam ac conatum concitabat, quibusdam quoque la-ulcuſcula. Non pauci qui diutius eo temporis in campis commorati fuerant, febribus ar-corripiebantur. Imo qui nudis pedibus in-, ut ruricolæ, puſtulis & ulcuſculis pedum ni-bus inde vexabantur. Ipſa verò frumenta quæ-primis ſiliginis grana, quibus humor ejusmodi largius inhæſerat, mirum in modum cor-abantur, nigricantia ac monſtroſa.

Miſc. Cur. Germ. Dec. 2 Ann. 9. App. p. 38.

Miſc. c. G. Dec. 3. Ann. 9. Obſ. 93.

Hoyerus *Miſc. l. c.*

CAPUT IV.

De mutatione aëris ex locis particularibus.

Deinque aër à locorum quorundam particularium ſingulari conſtitutione corrumpitur. Uti verò optimus

mus eſt, qui in *montanis* mediterraneis orientem ſpectantibus exiſtit, & *ſolum* ſterile ac *arenoſum* aerem ſubtilem magis ac ſiccum reddit, quemadmodum id Helvetiæ, Rhætiæ, Bohæmiæ & Voigtlandiæ incolæ evidenti exemplo teſtantur, præ aliis Europæis maximè ſani & longævi, ita quoque *ſolum pingue* & humidum athmoſphæram craſſiorem conſtituit, & *loca declivia* inter montes imprimis altos ſita ob radiorum ſolarium abſentiam humidiori aere ſcatent, eo pejori quo propius montes montibus & colles collibus junguntur, quod per flexuoſa obſcurarum vallium intervalla plerumque mephitis exhalationum abundet, unde & urbes in declivibus ejusmodi locis veluti in luto jacent, maximéque inſalubres exiſtunt.

II. Pejor aeris in concluſis locis conditio, unde & *puteorum* quorundam per aliquot tempus contabulatorum & mox reſeratorum exhalationes ob mephitim ſulphuream & conceptam putredinem lethiferæ exiſtunt, & aliquot interdum homines ad eosdem deſcendentes uno momento ſuffocant, uti aliquando Hillesheimii & Winsheimii accidit. In Galliæ quodam loco aqua ſalſa in concluſo puteo ejusmodi ſtagnans, exhalationes adeo mordaces ad cujusdam introſpicientis brachiumque immittentis oculos emiſit, ut planè exinde cæcus redderetur, & brachium paralyſi corriperetur. Puteus, in quo interfectorum hominum cadavera projecta fuerant, centum quamvis ulnas altus, poſt duos menſes tam fœtidum tamque venenatum aerem dedit, ac conſpirantibus ventis per viginti undique in ambitu milliaria diffudit, ut multa inde hominum millia paſſim per totam Provinciam tanquam peſte interierint. Etiam *granaria* ſubterranea, qualia in Hungaria paſſim vidi, diutius concluſa, aerem vene-

Sachſius *Miſc. C. G. Dec. I. Ann. I. Obſ.* 33.
Hannæus *Miſc. C. G. Dec.* 3. *Ann.* 2. *obſ.* 13.
Lachmundus *Oryctogr. ſect* 4 *c.* 3
Fehrius *de ſcorzon. p.* 161
Pardieſius *Ephem. Gall. ann.* 67 *p.* 52
Paræus *Chir. l.* 10 *c.* 13
Zacchias *l.* 5. *Quæſt. p.* 486

natum continent, ad eaque nemini unquam subito antequam pravus aer prorsus exhalaverit, descendum. Bocconus *Obs. Cur. p.* 468

III. Eò quoque *conclavia* nuperrime concamerata, calce recenter incrustata pertinent, in quibus commorantes noctuque imprimis dormientes, facillime peripneumoniam, capitis dolorem, præcordiorum angustiam, sitim, virium languorem ac febres contrahunt, ob exhalationes calcis vivæ acres & causticas, per inspirationem vasis ac vesiculis pulmonalibus, sanguini ac lymphæ, quin spiritibus animalibus ipsis communicatas. Gökelius *Misc. C. G. Dec 3 Ann. 9 Obs. 14.* Quidam etiam suppressionem muci narium cum insequentibus fluxionibus rheumaticis inde ...antur. Lancisius *l. d. mort. subit. p. 201* Plerisque sensim scorbutum accersunt exhalationes ejusmodi, quibusdam etiam somnum caroticum ...apoplecticum. *Concava murorum* ac *templa* ob lapidum structuram transpirationem insensilem facile ...primunt, ac in febribus intermittentibus plerumque ...causantur. *Sepulchra* verò quid inferant vespillones & bustuarii docent, qui sepulchrorum ostia re...do ac subeundo, pestiferos morbos ac repentinas ...mortes sibi accersunt, ut doctissimo *Rammazzi*...um vespillonem senem videre contigerit. *l. d. morb. Artif. c. 18. p. 128* Tutius ...præsertim æstate templa vaporantur rebus odo... myrrhâ, thure, quin plane à sepulchris immu...nent, & corpora tutius extra urbes in cœmiteriis tumulantur. Terra enim in templis plerumque ...sicca & friabilis est, ut fœtores eò citius è corpo...illic sepultis erumpant, & quorundam naribus fœ...cadaverosus ipse infestus sit. Valentinus *Pandect. med Leg. T. 1 p.* 484 Romani cadavera ...urbem rogis imponebant, & lege Duodecim Ta...um cavebatur, ne combustio prope ædes alienas ...pedes instituueretur. Demsterus *Antiq. Rom. l. 8 c. 6* Solis autem Imperatori... Virginibus Vestalibus permissum erat, ut intra Quenstedius *l. de sepult. vet. c. 8*

urbis mœnia tumularentur, ac sub Christianæ Religionis primordiis sola Martyrum corpora in templis recondebantur. Quamvis autem non semper post aperta ejusmodi sepulchra aut urnas ferales, adstantibus noxa quæpiam inferatur, non statim exin negandum, aërem diu conclusum non putrescere, nec venenatum evadere, ejus enim infectio alias ob rationes impediri potuit.

IV. Sæpe in *locis* ejusmodi *conclusis* animalia venenata latent, quæ iisdem adapertis athmosphæram simul inficiant. *Basilisci* nomen eapropter frequens, cujus in cavernis ejusmodi latentis vel solum adspectum necare vulgò dicunt. Quamvis autem non semper, quoties Basiliscus alicubi præsumitur, revera quoque talis adsit, cum plerumque mortes ejusmodi subitaneæ à sulphureâ quadam mephiti ac aëre in locis conclusis corrupto accidant, ac insuper apud vulgus multa hyperbolice de animali hoc ferantur; Illud tamen interim negandum non est, Basiliscum quando revera subest, uti interdum adest, licet non radiis visivis, ceu opinantur, effluviis tamen venenatissimis, quæ ex toto corpore exspirat, aërem alicubi conclusum inficere posse, haut secus ac bufo ille ingens, cujus *Frommannus* meminit, totum cubiculum infecit, ut plerique mane in eodem mortui reperirentur. De occulto ejusmodi bufonum veneno integra cubicula corrumpente plura notatu digna *Paullinus* recenset.

Lemnius *Occult. l. 4 c. 12*

Wedelius *Misc. G. Dec. 1 Ann. 3 Obs. 128*

Frommannus *d. fasc. l. 1 p. 117*

Francisci *Lustig. Schau-bün. tom. 1 p. 455*

Cent. 3 obs. 79

V. Etiam post *Terra motus* ex hiatibus ejusdem spirant halitus sulphurei aliique, eò semper magis venenati, quò magis ab exitiosis mineris, Antimonialibus, Arsenicalibus, Mercurialibus aliisque emergunt, unde plerumque febres Epidemias malignas post se relinquunt, quas tamen timor, tempore ejusmodi simul conceptus, etiam promovet.

Bocconus *Obs. Cur p. 106. 131. 151*

VI.

VI. *Loca paludosa* microscopio examinata, exhibent compagem quandam foliorum, seminum, florum, caulium, radicum, herbarumque quasi putrescentium. Aërem verò quoque graviorem & fœculentum exhalationibus suis reddunt loca ejusmodi, qui non solùm poros cutis constipando transpirationem impedit, ac symptomata scorbutica in partibus cutaneis producit, sed & pulmones maximè afficit. Cum verò sanguis hoc modo stagnationi obnoxius redditus, spiritibus quoque non satis exaltatus existat, omnino in locis ejusmodi morbi, ceu jam ex parte dictum, scorbutici ac hypochondriaci frequentiores existunt, & incolarum plerumque ingenia torpidiora deprehenduntur. A continuâ in locis uliginosis palustribus sub aëre rigido & pluvioso versatione intumescentia pedum, cachexia, hydropsque cum tempore contrahuntur. In aliis hernia intestinalis aliquando inde secuta. Mantuanis propter aërem ejusmodi paludosum hydropes thoracis familiares existere communis incolarum ejus regionis opinio est. Pertinent huc *canales* & ductus aquâ quiescente repleti, quorum si in urbe quapiam multitudo, uti Lugduni Batavorum, aëris salubritati quoque obstant. Et *inundationes* aquarum, à quibus stagnantibus morbi maligni ac pestis ipsa inducuntur. In urbibus hoc ipsum eò pejus, quod *subterranea cella* aquis repleantur, eoque simul variæ impuritates ex sterquiliniis concitentur, ex quibus dein terrisque inde elevatis halitibus aër citius inficitur. Aquæ etiam in quibus *cannabis* maceratur, horridâ mephiti suâ totam viciniam infestant, ac inprimis fluxus alvinos causantur.

VII. In *sylvis* aër spissior, nebulosus ac quasi suffocatus est, quædam arbores quoque suis effluviis eundem alterant. Ex *quercu* enim numerosâ in sylvâ quadam existente, aër aliquando lintea in proximis ædibus spirante

Leighius *Act. Lips. An.* 701 *p.* 512

Helwigius *Obs.* 77

Forestus *l.* 27 *Obs.* 21

Salmasius *l. de Ann. Clim. p.* 739

Pechlinus *Obs. p.* 244

Valentinus *Pandect. Tom* I *p.* 534

Rammazzinus *d. Morb. Artif. p.* 285

Helmontius *Tom. Pest. p.* 52

rante

rante austro flavo colore tingebat. Etiam umbræ fruticũ *juglandis* ac taxi arboris noxâ suâ non carent. Illam proximis stirpibus arboribusque gravem cum *Virgilio* *Fernelius* quoque asserit, occurruntque exempla primò puellæ, quæ cum jam aliàs cacochymica mense Julio sub arbore juglande à meridie ad vesperam usque somno indulgeret, vehementem primò capitis dolorem ac vertiginem sensit, sub noctem verò in Epilepsiam, à qua tamen nunquam antea tentata fuerat, incidit. Deinde rustici, qui post dormitionem ejusmodi paralysi correptus est, ex quâ ratione etiam nuces veteribus Græcis *καρύαι* dicebantur, quod carum seu somnum profundum cum gravedine capitis inducerent. *Taxi* verò Narbonensis umbram hominibus illi indormientibus exitialem existere *Dioscorides* notavit, quod ipsum quoque de eâ quæ in Arcadia crescit *Bauhinus* repetit. In dubium quidem id vocat *Bodæus*, cum & in Arduennâ Belgii sylva, & in Anglia copiosissima sit, ubi ad arcendos Solis æstus plebs à concione sub tegmine taxi ejusmodi umbrosæ ac annosæ conventus religiosos agere sæpe soleat, nullo percepto vel tantillo inde incommodo. Interim non negat, dolorem capitis iis excitari, qui diutius sub ea hærent ac manent, quo ipso activa taxi effluvia satis conceduntur, quæ tamen pro climatis diversitate sæpe variant. Illud certum est, si alvearibus propinquior existat, mel inde amarissimo sapore infici, quod & à *Virgilio* jam aliquot locis monitum. Hic idem alibi *juniperi* gravem umbram urget, in quo tamen mendum subesse videtur. Neque enim umbram ubique præbet, quia terræ propior ac humilis, nobisque insuper horrida existit. Nec etiam auram spirat frutex, quin serpentibus aliisque venenatis adversam, quapropter etiam, quod reptilia odorem ejus fugiant, Græcis *ἄρκευθος* dicitur, παρὰ τὸ τὴν ἄρκαν

Margin notes: *L. de Abd. rer. caus. c. 14* — Timæus à Gueldenklee *l. 7 c. 8* — Aldrovandus *in Eph. Gallic. Ann. cap. 116* — *l. 4. c. 25* — *hist. plant. l. 9 c. 5* — *Comm. in Theophr. l. 3 p. 176* — *Eclog. IX. v. 30* — *Georg. l. 4 v. 47* — *Eclog. X. v. 76* — Taubmannus *Comm. ad h. l.*

Κει-

w. Rectè igitur cum *Febris* quondam Nostro le-
um arbitror juglandes. *Tamarindorum* umbram *l. d. scherz. p. 123*
ım *Zacutus* asserit *sambuci* umbram activam quo- *l. d. histor.*
)ronunciat *Bartholinus*, cui favet, quod etiam Epi- *princ. q. ult.*
:i quidam post primum paroxysmum sub sambu- *cent. 2 Epist. 100.*
rmientes à malo isto omnimode liberati occurrant.
II. De *Marino* aëre quo pacto sanitati detrahat, ma-
fficultas est. Nimis salsum eundem pronunciat *Exerc. de*
us, scorbutique autorem constituit, cui suffragan- *mat. Chron. p. 191*
imans à Guldenklee, Mollenbrokius, ac scorbutici scri- *l. 3 Ep. 29*
:s plerique juxta cum experientia ipsa. E contra
mmidius Venetos, quamquam in medio mari sitos, *Op. Tom. I p. 339*
:buto immunes pronunciat, & *Ludovicus Testius*, *Act. Lipps.*
indicias pro salubritate aëris Veneti scripsit, eun- *Supl. Tom. 3 p. 165*
saluberrimum pronunciavit, quod ab aquâ ejus-
marinâ volatile aliquod salsum exspiret, ac simul
;num acidum, quod aëri commistum, & ab ho-
ıus inspiratione haustum, cum alcali corporis nostri
unctum, corruptioni omni resistat, blandam scili-
rmentationem excitando, quâ purum ab impuro
gatur. Distinguendum igitur arbitror inter lo-
: subjecta, ac maria de quibus *Listerus* aliique lo-
tur, forte alio modo se habent, utpote in Septen-
: sita, ac ea, de quibus *Testius*. Et certè cum venti
a marinum maximè purgent, & salsedo per se cor- *Voglerus*
oni resistat, non adeo sanitati semper nocivus esse *Comm. Diaet c. 32 p. 131*
t, cum aliàs aquæ marinæ aura halitusque siccio-
xistant, ac eapropter phthisicis quoque ac cache-
commendetur. Marinum verò aerem corpora ex-
re adeoque roborare, ac à defluxionibus vel præ-
re vel liberare, ex eo patet, quod piscatores in
agentes, & nautæ affectibus arthriticis non labo-
, unde & *Plinius* corpora piscatorum cornea vocat. *l. 31 c. 9*
. In *urbibus* etiam aer pejor quam in rure, ceu

crassior ac non perflatus. Dein quoque idem mutatur à rebus iis, quæ incolis omnino necessariæ sunt, utpote ex carentia illorum plurimum aliàs incommodi subituris. Ita *carbonum fossilium*, quo ad alendum ignem utuntur, fumo aër Londinensis adeò inquinatus fertur, ut gravissimos pectoris affectus incolis inducat, ac dimidia eorum pars vel phthisi vel peripneumonia obeat. Idem quoque & Leodii contingere, mihi istac transeunti relatum est. Apud Belgas glebarum bituminosarum, quas *Torfas* vocamus, incensarum tantam corrodendi vim vidi, ut metalla ipsa in ædibus deteriora reddat, quid non in corpore molliori efficiet fumus ejusmodi cum aëre continuò inspiratus. Pertinent huc cubicula fumosis *candelarum* exhalationibus referta, præsertim si clausa sint, & nulla in fenestris vaporaria habeant. Qui enim in locis ejusmodi studiis præsertim simul intenti diu multumque vigilant, pulmones plerumque ac cerebrum ita destruunt, ut sensim destillationibus ad pectus corripiantur, ac dein continuò vexentur. Quosdam etiam in Apopelxiam nidor ejusmodi derivat, ac suffocat. Magis tamen minusque inquinatur aër, prout sevum mollius impuriusque est, aut cum solveretur, adustionem recepit; ceu quoque nidor acrior exhalat ex sevo bovillo seu vaccino, ac insuper magis nocet sevum ex male sanis animalibus, aut iis, quæ morbo quodam interierunt, desumpta.

Meibohmius Exerc. 2 ad Fernel §4

Solenander Sect. V cons. 6

X. *Cloacæ* quoque, quæ in populosis urbibus ad publicam commoditatem constitui solent, quò frequentiores juxta se invicem locatæ sunt, tantò magis aëris salubritati in viciniâ quaquaversum detrahere nemo dubitabit. Eodem & *stabula* pertinent, unde quibusdam in viciniâ habitantibus capitis dolores excitari, nec raro febres insequi observatum est. Ut proin de sordium & excrementorum illuvie, quibus plateæ publicæ

Zacchias l. 5. Quæst. p. 481

: interdum replentur, & à quibusdam in usum œco- icum sollicitè cumulantur, non minus metuendum eu quam febrium malignarum inductioni ac pro- tioni favere experientia de *Parisiorum* ac *Tholosanã* in Galliis testatur.

Dimerbrokius *l. de pest. p.* 154

I. Immundas quoque artes, quales sunt *coriario-* & eorum qui fides seu chordas pro instrumentis cis ex intestinis animalium præparant, aërem in- : ac corrumpere dubium non est, imprimis si in- : opificum ejusmodi frequentia, sordities, & loci : aptitudo, cœlive aut situs ratio accedat. In præ- ione enim isthac primò maxima pars panniculi si cum adipe vel pinguedine ad corium remanet, omnia fermento accedente separari abradique de- durante verò ejusmodi putrefactione à reliquiis ille hærentibus intollerabilis fœtor excitetur. De- quod pelles abstractæ etiamsi recentes jam tamen cadaverosum quid & ad putredinem dispositum neant. Ejusmodi igitur officinæ aërem corrum- s rectius ad urbis mœnia ablegantur, quas inter a censenda, ubi candelæ sebaceæ frequentius & in conflantur. Quapropter non mirum, in ultima ante viginti circiter annos Bohæmiam & Silesiam ne contagium citius in illis ædibus se propagasse, ibus lintea sapone lota fuerant. Quantum verò se putredini faveat, inde quoque patet, quod ve- meæ eodem lotæ facillimè pediculis repleantur.

V. Sect. I. c. 6. *n.* 11

Rammazzinus *de morb. Artif. c.* 16 *p.* 105

Ammanus *Med Crit. cas.* 81

Bohnius *de off. med. p.* 533

Rammazzinus *l. c. p.* 209

Bocconus *Obs. Cur. p.* 463

III. Ad loca particularia aërem corrumpentia *fo-* tiam *metallica* pertinent, in quibus exhalationes ales aerem ita inficiunt, ut in pulmones ac reli- a corpus admissus, naturalem temperiem planè ttat, ac in metallorum fossoribus dyspnœas phthi- apoplexias, paralyses, artuumque tremores cau- . Imprimis verò Mercurii ac Vitrioli mineræ

Rammazzinus *p.* 11, 14.

præ

præ cæteris pulmonibus ac nervis infensæ existunt. Effluvia autem ejusmodi metallica interiora afficere vel exin solum patet, quod metalla ista, in quibus eruendis vivi laboraverant, in fossorum corporibus post mortem apertis reperta quoque fuerint. Officinæ tamen ferreæ montanæ athmosphæram suam à peste semper immunem præstare dicuntur.

Nov. namb. ann. 709 p. 116

CAPUT V.

De Aëre contagioso.

I.

MAximè verò aerem inquinat contagium morbosorum corporum. Uti enim in statu naturali è corpore nostro partibusque subcutaneis effluvia transspirant, quæ circumcirca, siquidem oculis usurpari possent, instar lanuginis in pomo persico apparerent, ita quoque è corpore morboso & præter naturam affecto atomi quidam similis qualitatis exhalant, ac mediante aere ad corpus vicinum ejusdem speciei deferuntur, eidemque similem præter naturalem affectionem imprimunt. Contagium vocant Medici, cumque morbi plerique omnes cum motu sanguinis celeriori aut effervescentiâ ejusdem ac despumatione conjuncti, transspirationem magis auctam habeant, dubium quoque non est, aerem cubiculi, in quo æger febre malignâ, petechiali, imo & nonnunquam intermittente præsertim scorbuticâ, morbillis, variolis, dysenteriâ, leprâ, lueque veneriâ & maximè peste laborans decumbit, halitibus ejusmodi morbosis refertum, & sanitati aliorum cubiculum idem frequentantium, aut athmosphærâ eâdem utentium maximè infestum existere.

II. An cadavera morbis ejusmodi & inprimis peste defunctorum adhuc contagiosa sint, à quibusdam disputatur, quod tamen negandum minimè est, primis præ-

Zacutus l. 2 histor. princ. p. 140

sertim

ſertim horis, & dum adhuc calida ſunt, aut cum jam diu exſtincta jacuerunt, & putredinem contrahere cœperunt. Ut adeo ipſe quoque perniciosius arbitrer, corpus ex peſtilenti lue demortuum, quam ipſum ægrotantem attingere, cum vehementius venenum in cauſa exſtiterit. Tale quid obſervatum in famoſiſſimâ illâ apud Veteres peſte Athenienſi, in qua etiam bruta ac corvi defunctorum cadavera perhorreſcebant, adeoque contagium illud mortuorum corporum peſtiferum ſentiebant, quæ verò fortè guſtaverant, protinus moriebantur, ac veluti ſubitò exſtinctæ jacuêre. Quando verò cadaver tam diu mortuum fuit, ut jam plane refrigeratum ſit, quod tamen propter putredinem conjunctam rariſſimè accidit, non admodum contagioſum amplius videtur, cum propter frigiditatem & caloris naturalis exſtinctionem, ſanguis ac ſpiritus non amplius agitentur, pori conciderint, nullaque amplius transpiratio, & veneni latitantis actio propter defectum caloris ac motus torpida ac languida reddita ſit.

Panarollus pent. 1 obſ. 18. Dimerbrokius l. 1 p. 152

Thucydides l. 2 Hiſt. p. 127

III. Graſſantibus verò contagioſis ejusmodi morbis non neceſſe eſt, ut univerſus aëris, quaqua patet loci ambitus, ſimul in ſubſtantiâ corrumpatur, cum ad contagium ſufficiat, ut aër miaſmata ejusmodi intra ſe ſuſcipiat, & alio transferat. Patet illud primò in conſtitutionibus quibusdam peſtilentibus, in quibus aves aliaque animalia, quique ex hominibus aliorum conſortia vitant, peſte non corripiuntur, quod tamen neceſſariò fieri debuiſſet, ſi contagium ipſam aëris ſubſtantiam deſtruxiſſet, utpote quo caſu etiam ſegetes & fructus à peſtilentis aëris malignitate ſimul corrũpuntur. Deinde quod hyemali tempore, quo homines ſeſe paſſim in hypocauſtis aſſociant, contagium maximè propagetur. Denique quod nonnunquam in peſte fumus quidam cœruleus à domo infectâ ad aliam domum transmigret, obſer-

Dimerbrokius l. 1 p. 77

Hannemannus Miſc. C. G. Dec 3. Anno. 5 Obſ. 156

observatumque sit in domo illâ, quam fumus ingressus vix quempiam remansisse superstitem. Hic autem fumus demum substantia aëris corrupta est. Simile quippiam ante annos quadraginta in pago quodam haut procul Coloniâ Aggripinâ accidisse à Viro quodam Erudito ac Honorato mihi relatum est.

IV. Particulas ejusmodi infectas ad salium naturam refert *Simon Paulli*, & non incommode Si enim ad sulphuream classem pertinerent, necessariò illud semper olfaceremus Interdum enim infectus aër etiam ad certam distantiam odoratu perceptus fuit, & aliquando fracedo pestilens crematas soleas oluit. Recentiores ex corporibus infectis per omnes corporis poros vermiculos cum halitibus diffundi arbitrantur, tam subtiles exilesque, ut non nisi exquisitissimo microscopio detegi queant, qui in quodcunque humanum corpus obvium irruant, eidem tenacissimè inhærescant, ac simili ratione ad corruptionem disponant. Quamvis autem negandum non sit, in massâ sanguineâ quorundam ægrorum, morbis etiam quod notandum, non contagiosis laborantium, non raro vermium fœturam existere, eosque interdum majores esse, ut & citra microscopium cernantur, & sanguinis è venâ sectâ effluxum impediant, non tamen exin verminosa ejusmodi infectio satis probatur. Quis enim unquam animata hæc seminia in aëre adhuc volitantia per microscopia deprehendit, ac etiam gratis præsupponitur, quasi omnis putredo verminosa existeret, quod tamen solidâ probatione adhuc indiget, cum vermes putredinem quidem comitentur, produ[illegible] tamen potius ejusdem, quam causa existant. Insuper nimis microscopiis suis tribuere videntur pathologiæ ejusmodi animatæ patroni, & forte fibrillas quasdam in sanguine fluitantes pro vermiculis habent, cum hæ aeri expositæ natura-

[Margin: *Digress. de febb. malign.* p. 67 — Meibomius *Diss. de feb. malign.* § 6 — Borellus *Cent.* 1 *obs.* 74 — Helmontius *Tum. pest.* § 48 — Bartholinus & Sachsius *misc. C. G. Dec.* 1 *Ann.* 1 *Obs.* 50 — Borellus, *Cent.* 3 *obs.* 4 — Rivinus *tract. de pest.* p. 18]

turaliter se dilatando & contrahendo credulis nimisque curiosis spectatoribus facilè illudant, quæ conjectura eo magis confirmatur quod vermiculi ejusmodi non nisi post aliquot ab emissione sanguinis horas in eodem deprehendi posse vulgo asseratur. Et cum non pauci illorum, qui morbis ejusmodi contagiosis laborant, sanitati iterum restituantur, non video quo pacto hoc ipsum cum vermiculorum talium in sanguine abundantiâ consistere possit, ne dicam quod phœnomena alia in morbis contagiosis occurrentia, uti petechiæ ac bubones ab iisdem derivari haut queant.

Schröckius Schol. ad Welvvig obs. 94

V. Cujuscunque autem naturæ effluvia ejusmodi contagiosa demum statuantur, ab effectu patet, existere eadem instar fermenti specifici, & quamvis sint corpuscula exilissima, viscosa tamen simul & lenta esse, ac eapropter corpori sano facilè adhærescere. Deinde tali vi fermentativâ pollere, ut mediante aëre intra sanguinem & viscera recepta à calore nostro adhuc magis quasi resolvantur, inque plura alia se diffundant ac multiplicentur, tandemque naturalem corporis œconomiam omnem turbent ac destruant, modo rarefaciendo ac putrefaciendo, modo coagulando, prout naturæ magis alcalinæ ac aëris, aut magis acidæ existant. In peste hæc omnia statim & subitò fiunt, cum contagium hujusmodi sit instar veneni subitò putrefactivi, & hæc ipsa ceu morbus Epidemius subitò per contagium illatus, omniumque acutissimus, utpote majorem ægrotantium partem rapiens, à febribus epidemiis malignis, pestilentialibus probe distinguenda sit, cum quibus tamen à vulgo & plerisque Medicis confunditur, quamvis & causâ & gradibus longe inter se differant.

VI. Effluvia verò contagiosa quæcunque cum aëre, ceu dictum corpus nostrum subeuntia, tantum in prædispositos agunt, ac præsertim Cholericos afficiunt. Hi

enim utpote ſanguine magis rarefacto ac oleoſo prædi-
ti, ad febres malignas petechiales, anginas pleuritidesque ſuſcipiendas magis quoque inclinant. Etiam quibus transpiratio minus libera eſt, facilius contagium ſuſcipiunt, namque particulæ ab effluviis contagioſis in motum ac fermentationem concitatæ, inque aliis robuſtioribus transpirantes, hic retinentur ſanguinique magis impinguntur, uti ex ratione oppoſitâ ſcorbutici ac ſcabioſi non facilè peſte corripiuntur. Qui verò temperamenti melancholici ſunt, propter acidam ſanguinis conſtitutionem in aere infecto minore periculo verſantur. Obſervatum etiam quosdam absque incommodo cum infectis aliis nullo ſanguinis unculo ſibi junctis converſantes, poſtea à quodam conſanguineo morboſo levi occaſione infectos fuiſſe, quod ipſum quamvis vulgò ad ſpirituum convenientiam, & haut abſimilem corporis diſpoſitionem referatur, non tamen excludendos arbitror concurrentes animi, propter conſanguineum laborantem, paſſiones ac terrores, utpote quibus quo magis quis abripitur, eo magis contagio ſuſcipiendo quoque obnoxius redditur.

Donkers Id. febr. pet. p. 253 — *Pechlinus Obſ. p. 445* — *Rivinus l. de peſt. p. 30* — *Baglivus l. 1 prax. p. 131* — *Dimerbrokius l. 2 de peſt. p. 188*

VII. Affectibus enim ejusmodi ſpiritus animales proſternuntur, motus cordis immutatur, transpiratio ac ventilatio corporis ſufflaminatur, ac fermentum contagioſum citius vires ſuas exſerit, ut ſanctè teſtetur *Rivinus*, ſe in peſte noviſſimâ Lipſienſi nullum huc uſque vidiſſe ægrum ex peſte, qui non à terrore eam contraxerit. Quam etiam cauſam arbitror, quod in principio febrium malignarum ac peſtis ipſius tam multi pereant, cum experientia ſimul teſtetur, nullum ſalubrius præcavendi conſilium exiſtere, quam dictis morbis graſſantibus animo eſſe forti & in utramque fortunam parato, ac eum in finem ſubin hauſtum vini generoſi aſſumere, ita tamen ne excretiones naturales turbentur.

VIII.

VIII. Quamvis autem supradictum effluvia contaiosa pro constituendo contagio mediante aere ad cors ejusdem speciei deferri deberi, eo ipso tamen non ccluduntur res aliæ atomos ejusmodi contagiosos hoitantes quasi ac foventes, & cum in usum adhibenr eosdem iterum mediante, qui omnia permeat aëre vo corpori communicantes. Contagium mediatum ommuniter audit, ejusque fomitem agunt lecti, linum, nnabis, bombax, lana, sericum, pelles, & confecta ex onib9 his linteola, tunicæ, vestes, funes; Præterea lupulus bum, chartæ quoque papyraceæ & libri, quin & pecua ipsa. Quamvis enim de hac quidam dubitent, cum men stannum absynthii vel allii odorem & saporem, iisdem conricetur, retineat ac communicet, quin & oneta sordibus scateat, quo magis sudantibus manis contrectatur, imo halecum aliorumque salsamenrum odorem referat, dubium quoque non est, eanm miasma continere ac simul inficere posse. Etiam imalia canes atque feles contagium propagant, dum : una domo ad alteram currunt.

IX. Quamdiu contagium in fomite ejusmodi latere ieat, pro substantiæ, quâ is præditus est, raritate ac nsitate, ac veneni ipsius efficacia diversum est. Sæpe ngo tempore in eodem asservatur, & cum eodem ioque ad longinqua loca alia transfertur, si scilicet mes non agitetur, aut incalescat, aut ventis non pertur. Ita Urbs Amstelodamensis ante annos circiter adraginta peste infecta est à navibus duabus Smir-, Asiæ minoris emporio, peste tunc infecto advenienbus, quæ tamen per duos menses & amplius in mari eferant, nec quicquam cum contentis mercibus in ire marinô purgatæ fuerant, qui aliàs etiam occlusa ficit, ac pennas aquilarum gryseas aliquando albas ddidit. In quadam domo pestis ex telis aranearum,

Hoffmannus *in Erast. c. 7 p. 12*
Ranchinus *l. de purit. rer. infect. Sect. 5*
Zacchias *l. 3 Quæst. p. 319*
Sebizius *Diss. de morb contag. § 75*
Ammannus *Medic. Crit. cas. 32*
Schröckius *in schol. ad Helvvig. obs. p. 521*
Valentinus *Pand. Med. leg. Tom. 1. p. 480*
Paræus *l. 22 Chir. c. 10.*
Wollfius *Misc. C. G. Dec. 2 Ann. 7 Obs. 192*
Dimerbrokius *l. 1 d. pest p. 80. 146*
Bocconus *Obs. Cur. p. 441*
Forestus *l. 6 Obs. 22*

 in

in quibus ante menses sex contagium se insinuaverat, casu iterum excussis cepit. Vulgaris opinio est, contagium intra anni spatium post cessationem pestis demum penitus exstingui, ut postea nihil amplius metuendum sit, arbitror tamen in negotio hoc maximè arduo neminem satis cautum se præbere posse, cum aliquando funes, quibus peste mortuorum corpora sepulchris illata erant, per triginta annos delitescentes & casu moti, tantum brevi contagium intulerint ut decem millia hominum absumerentur.

Trincavella Consil. l. 3 p. 360

CAPUT VI.
De Emendatione Aëris.

I.

UTi temperatus ventorumque suaviter spirantium flatibus leniter agitatus, serenus & ab omni inquinamento liber aer ad sanitatem integram conservandam necessarius est, ita *primò* repentina ejusdem ac præceps mutatio & turbatio evitanda. Cum enim repentini motus omnes œconomiam animalem afficiant, multò magis hoc metuendum est ab aere, ceu à quo, ut *supra* dictum, magis quam à rebus aliis afficimur. Existit autem repentina maximè mutatio à calido ad frigidum, à sicciore ad humidiorem & vice versâ.

Hippocrates l. 6 Epid.

Sect. I. c. 1.

II. *Deinde* meridianum solem ac matutinum vespertinumque frigus, ut & auram fluminum atque stagnorum, imprimis circa æquinoctia evitanda.

III. *Tertiò* nunquam jejuno stomacho aeri præsertim excessivo ac rori matutino quispiam se committat. Cum enim in jejunis inspiratio fortior sit, etiam aer iisdem plenius interiora subit, eademque afficit. Quod ipsum ne fiat, optimè assumptione liquidi cujusdam calidi præcavetur, utpote post cujus usum exspiratio major evadit, cor fortius pulsat, atque à centro ad peripheri

eriam propellit, nec aër matutinus ejusdemque in-
inamenta ita prompte admittuntur. Ac certè in
nostra ætas felicior antecedentibus est, quod sorbil-
ionibus *Thea* & *Coffeé*, *radicis Nisi*, nec non *Chocolata*
ideat, quæ si alias medicamentosi nil continerent,
eapropter matutino tempore commendanda ve-
quod non solum illud ipsum optimè præstent,
& cruditates stomachi hesternas corrigant, acredi-
nque in sanguine diluant. Minori insuper cum sa-
atis dispendio sumuntur infusa ejusmodi, ac vini a-
ti haustus, qui vulgo eandem ob intentionem matu-
o tempore nimis frequentes sunt, de quibus tamen
a suo loco pluribus agetur. Idem præstabunt salia
atilia, spiritus, Tincturæ, essentiæ, rotulæ ac morsuli,
ta constitutionem cujuscunque ab ordinario Medi-
accommodati, nec non condita aromatica Zinzibe-
Nucis moschatæ, corticum citri, aurantiorum, vel
m simplices radices Zedoariæ, angelicæ, helenii,
damomum, baccæ lauri & allium, non tamen omni-
; promiscuè. Etiam *butyrum* cum pane quotidie co-
mum adæquatum auræ matutinæ imo pestilentialis
rigendæ remedium *Höfero* visum, dignumque quod l. 2 c. 1
suo *Medico* insereret. *Dimerbrokius* illi caseum ovil- l. 2 de pest.
i viridem adhuc imponendum, ac insuper poculum p. 110
evisiæ melioris super bibendum suadet, nec absque
ione. Alii *rutæ* folia addunt, vinumque cui absyn-
m, carduus benedictus similesque herbæ infusæ su-
bibunt, talemque præservationem optimam judicat
... Nec *Tabaci* fumum matutinum dissuadere
..., cum aërem humidiorem noxium optimè cor- de Sanit.
..., ac propterea salivæ expuitionem promoveat, ceu stud. p. 170
... ejusdem in peste *Noviomagensi* præcavendâ insi-
... deprehendit *Dimerbrokius*, quin si Tabaci commo- l. 2 de pest.
... frui animus est, non melius quam matutino p. 203
tem-

tempore adhibetur, à quo etiam sic usurpato Hollandi locis uliginosis ac paludosis viventes optimè habent. Conducet quoque ad aerem matutinum evitandum frequentior & cum studio procurata exspuitio & expectoratio.

IV. Maximè *quartò* moderatur aër *vestimentorum* usu, quibus & eundem frigidiorem ac pluviosum arcemus & transpirationem ipsam temperamus. Circa vestes autem respiciendum ad naturam materiarum ex quibus conficiuntur; Ita temperatæ maximè sunt linteæ adeoque ad tunicas interiores aptissimæ, è contra laneæ ac pelliceæ calidiores, quas etiam effluvia è corporibus transpirata sæpe magis tales reddunt. De iisque in specie notandum quod tempore febrium malignarum atque ipsius pestis non conveniant, cum quælibet infectæ sordes & effluvia contagiosa propter laxitatem lanæ & crinium in pellibus facillimè inhæreant, ac fomitem constituant, quod in vestibus sericeis tenuibus, lævibus, satinis, camelinis, corio tenui, qnin & lanâ bombacinâ confectis tam facilè fieri nequit. Vestimenta quoque nigra magis calefacere dicuntur quam alba, propter superficiem infinitis scrobiculis præditam, à quibus radii luminares in eandem incidentes maximam partem absorbentur, pauciores verò reflectuntur, unde & calorem susceptum fovent. Deinde magis aërem frigidiorem arcent ac calefaciunt vestes solidiores, compactiores, ac strictiores, corporique probè adjacentes. Aër verò calidior ac siccior vestes requirit magis laxas, quæ aerem promptius admittunt, & corpus quodammodo ventilant. Qua tamen in re consuetudinis ratio maximè habenda. Sortis enim tenuioris homines ac præsertim pueri tales, capite pedibusq; vel nudis, vel leviter saltem vestitis etiam aëre frigido existente incedunt absque valetudinis noxâ, haut secus

Vogierus *Comm. Diat. p.* 26

Dimerbrokius *L.* 1 *de* *pest. p.* 181

Waldsmidius *Diss. op. T.* 2 *p.* 311

ac ex ratione oppositâ Persæ à pueritiâ usque tiaris suis æstate ac maximis æstibus utentes, caput diu denudare, atque aëris frigidioris allapsum ferre nequeunt, unde quoque crania illorum adeo fragilia deprehensa, ut vel solo lapide perforari possent, cum è contra Ægyptiorum capita valde robusta existerent, quod à pueris eadem raderent, nec operirent. Verno etiam tempore integumenta ac vestimenta lentius minuenda, autumnali verò citius augenda, cum nihil æque ad conservationem sanitatis morborumque præcautionem faciat, quam isto tempore, quo aëris mutatio ac alteratio varias in corpore nostro mutationes & commotiones causatur, vestibus probè esse munitum. A vestibus autem frigidis humidisque semper maximè cavendum, quod transpirationem summè impediant.

Herodotus *l. 3 p. 187*

V. In specie *caput* contra aërem munitur tegumentis suis diurnis nocturnisque, quâ in re ita procedendum, ne transspiratio capitis impediatur, effluvia concludantur, & capitis gravitati lymphæque in cerebro stagnationi ansa suppeditetur. Quibus etiam caput calidius contigit, illi si æstivo tempore vel quoque hyeme in calidis hypocaustis existentes, tegumento ejusmodi graviori caput nimis involvunt, æstum ejus adhuc magis augebunt. *Coma* verò *adsititia*, quamvis aëre calidiore existente molestiis suis non carere videatur, quibus tamen aëre inclementiore & frigidiore caput frequenter atque diu in publico denudandum, ad præcavendos catarrhales affectus maximè conducet, quibusque præsertim defluxiones ad fauces & dentes familiares sunt, alioquin prorsus edentulis evasuris. Comam tamen hanc ubi quis mane capiti suo semel imposuit, præstiterit per totum diem gestare, quàm modo deponere modo resumere, pro vario ad domum accessu egressuque. Ne quidem ardente Syrio eandem subito

Ramazzinus *de morb. Artif. p. 330*

bitò ſeponendam ſuaſerim, cum in illis, qui commoditati ſuæ hoc modo magis quàm ſanitati conſulere ſueverunt, capitis imbecillitas & memoriæ defectus, in aliis linguæ gravitas & viſus imminutio, apoplexiæ prodromi, in aliis capitis dolores maximè immenſi inde obſervati fuerint, qui etiam capite conſueto modo denuo munito illico ceſſârunt. *Calvi* optimè caput pelle quadam contegunt, atque calceatum, ut *Martialis* jocosè vocat, reddunt.

Ridlinus Lin. Ann. 4 p. 491

l. 12. Epigr. 45

VI. Aër noxius vel evitandus vel corrigendus. Evitatio illius qui infectus ſimul eſt, fit vel continendo ſe intra cubiculum ac conſortia vicinorum vitando, vel ſi peſtilens ſimul exiſtat, ac conditio vitæ generis permittat, locum infectum mutando. Vulgo Electuarium de tribus adverbiis vocant,

Mox, longè, tardè, cede, recede, redi.

VII. Correctio *aëris* & quidem *calidi nimis* ac ſicci inſtituitur adſpergendo frequenter pavimenta aquâ frigidâ aceto dilutâ, vel etiam hoc ſolo, diſperſis quoque floribus roſarum, nymphææ, violarum purpurearum, foliis ſalicis vitisque pampinis, aceto vel oxycrato ante immerſis, aut fructibus odoratis in conclavi repoſitis uti pyris, malis citreis, aurantiisque. Temperatur quoque aer ejusmodi aquam gelidam de vaſe in vas infundendo.

VIII. *Tonitrua* ac fulmen imminens nec laurus, nec ficus, nec vitulus marinus, nec corallia, nec hyacinthus, nec aquilæ avertunt, vitandus potius ille ædium locique tractus, in quo aëris fluxus ejusmodi, interdum conſuetus, obſervatur.

Hochheiſenius Nov. Hamb. ann. 1681 p. 81.

IX. Frigidus ac humidus aër æſtate emendatur ſtratis per cubilia floribus odoriferis, lavendulæ, ſalviæ, thymi, rorismarini, majoranæ, foliis ſerpilli, lauri, betonicæ, Hyeme verò *caminis* fornacibusque ex quibus illi quidem

m inæqualiter & minus calefaciunt, salubriores
ı fornacibus habentur.

. Corruptus infectusque aër (in quantum qui-
de correctione ejusdem hic agere instituti ratio
at) arcetur suffumigiis ex sulphure nitro, succi-
hure, baccis Juniperi, pulvere pyrio ac similibus,
fumi ejusmodi rursus apertis fenestris, accenso
uculento discutiantur, idque fiat post ortum So- Horstius *de Sanit. tuend. p.* 169
ɔi luminis & caloris præsentiâ exhalationes pra-
:ius dissipantur. Præsidiarii Tornacenses tor-
ı bellica solo pulvere pyrio oppleta urbi obverte- Lemmius *occ. p.* 229
juo sonitu ac commotione aëris violenta, fuman-
odore aër quasi depurgaretur, latens in eodem
gium discuteretur, & civitas à peste libera &
nis præservaretur. Sulphuris ac nitri spiritus
: acidi, imo acetum ipsum tam simplex, quàm ru-
n lateribus ignitis superfunditur, ut fumo inde
gente aër corrigatur, quamvis vapores ejusmodi
ɔnes omnium non ferant. Excitantur quoque
in finem tam in locis publicis, quàm ædibus pri-
um frequentes ignes ex lignis juniperi, fraxini
us, aut absynthii foliis. Ignis enim inquinamen-
s humidiora motu particularum suarum celerri-
axime consumit, simulque ventum parat; puti-
ejusmodi aërem egregié ventilantem, neque *Di-*
tio quidem judice, ullum melius pestilentis aëris *l.* 2 *de pest. p.* 171
ctorium in rerum natura datur, primusque illud
is felici successu comprobavit *Hippocrates*. Galenus *d. Theriac. ad Pison. p.* 356
I. Quidam etiam fœtidos odores suadent, ceu ple-
elgæ corii cornuque præsegmina atque ossa suba-
ı ignem conjiciunt, eoque nidore casas suas atque
ta suffumigant, àque pestilenti aura tutas præ-
Et certè fœtida ejusmodi efficacius contagii
aria expurgare *Ranchinus* arbitratur; sed omnino *l. de purif. rerum p.* 279

 inter

inter fœtida corrupta ac insuavia distinguendum videtur, & præstiterit quidem insuavibus potius, quam suaveolentibus odoribus se assuefacere, minimè verò putridis & corruptis, observatumq; est pestem nunquam in ùlla *Parisiorum* urbis parte, gravius sævire, quàm in quâ sordidi Mechanici habitant, uti quoque jam superius monitum est.

Dimerbrokius *l. 2 de pest. p. 150*

c. IV. n. 11

XII. In cocclavi aër æolipilâ quadam corrigitur, in eodem constitutâ, ac liquore Alexipharmaco repletâ, ignique pro vento artificiali efficiendo admotâ.

Dolæus *l. 4 Enc. Med. c. 5*

XIII. Quibus verò vel ex officio vel ob Christianæ charitatis affectum cum ægrotantibus conversandum est, ii summo studio halitus eorundem declinent, quod ipsum siquidem jejuni accedant, non ita facilè evitari potest. Deinde frequenter exspuant, ac nunquam salivam deglutiant; Ea enim in cubiculo infirmi, aut in aurâ infectâ deglutita, ventriculum inficit, mox sanguinem ac sensim totum corpus, unde qui inficiuntur, nauseâ corripiuntur, & ad vomitum stimulantur, licet ne hilum evomere queant. Imprimis observatum nil præsentius esse pro præservatione in ipso loco infecto, quàm si fax picea accensa collocetur inter ægrotantem & adstantem.

Dobrzensky *Misc. Germ. Cur. Dec. 1. An. 9 obs. 170*

XIV. *Nares* muniantur admotione aceti cujusdam bezoartici, aut balsamis camphoratis citratisque. Suaveolentia ex ambratis aliisque merito hic quoque rejiciuntur, quod illorum, utpote naturæ gratorum, beneficio contagium ac aër infectus facilius simul interiora subeant, nec sperandum sit, auram veluti per cribrum aromatum istorum beneficio colatum iri. Non frustraneum quoque erit pulvere quodam nasali, vulgo *Schnupf Toback*, frequentius uti, aut naribus foliolum Tabaci, rutæ, similisque generis imponere, quo aura maligna fortiùs arceatur, ac cerebrum levioribus ejusmodi

Helmontius *Tum. pest. p. 71*

di errhinis ſemper expurgetur. Maſticatione quoque rerum acrium, qualia ſunt ſemen erucæ, cubebæ, ac cardamomum, ſpiritus ab odore externo avocantur, & nauſea contagioſa præcavetur. Rivinus *tr. d. peſt. Lipſ. p.* 70

XV. Inter ea, quæ ad præſervationem hic præſtant, ex domeſticis ſunt aceta. Celeberrimus Medicus *Franciſcus Sylvius* in famoſâ illâ poſtremâ peſte *Amſtelodamenſi* eâdem infectos viſurus, fruſtulum panis albi aceto calendulato prius imbutum aſſumpſit, eoque tam bene ſe conſervavit, ut nunquam veneno peſtilenti fuerit infectus. Aceto theriacali in peſte Hanovienſi ſimili ſucceſſu uſus eſt, non minoris famæ Medicus *VValdſnidius*. Eadem citratorum ratio. Mithridatiũ etiam prima ſtatim nocte poſt primum ſomnum aſſumptum, cum ſubſequente leniori ſudatione, vix quempiam deſeret. Graaſſius *tr. de ſucc. pancr. c.* 8 *p.* 131 *Op. T.* 1 *p.* 329

XVI. Quicunque verò à loco quodam ſuſpecto adeniunt, etiam ſani, ſollicitè arcendi, nec ulla ratione admittendi, antequam de ſanitate illorum per tempus aliquod certò conſtet. Quadraginta dies Venetiis aſſignantur, unde communiter *guarantaine* audit. Qui terminus quamvis quibusdam juſto longior videri poſſit, præſtat tamen hoc caſu rigidiorem eſſe & abſque omni affectu, quam facilem, nec in negotio ejusmodi ſummè arduo, in quo ne ſemel quidem peccare aut negligentiorem eſſe licet, juxta conjecturas, ſed cum ſecuritate procedendum. Qui tamen loca infecta ſolum tranſeunt, cum viginti diebus dimitti poſſunt. Zacchias *l.* 3 *Quæſt. p.* 318 Valentini *Pandect. Tom. I. p.* 480

XVII. Eadem & rerum inanimatarum, quas fomitem peſtilentiæ continere *ſupra* dixi, ratio eſſe debet, & merces omnes, qui è ſuſpecto loco apportantur, in locum perflatilem quem nemo inhabitat, transferendæ, ſeparandæ ac ventilandæ, ubi per ſex hebdomadas maneant. Simul autem ſacculorum & faſciculorum, quibus merces incluſæ fuerunt, ratio habenda, illique vel *cap. V. §* 8

 pror-

prorsus comburendi, vel accensis lignis abietinis aut juniperinis fumo ventilandi. Non minus & epistolæ quoque ex suspectis locis advenientes, ad exemplum *Venetorum* suffumigandæ.

Salvianus *l. 1 Var. Lect. c. 4*

XVIII. Quod si verò vitæ locorumque conditio ita ferat, ut aër corruptus infectusque nec corrigi nec evitari ullo modo queat, sudoriferis bezoarticis subveniendum, eoque modo è corpore eliminandum, quod cum aëre tali idem subierat. Ex domesticis remediis præstant hic salia volatilia, & Tinctura bezoartica, hæc enim quilibet plerumque in ædibus suis habet. Etiam Theriaca cum aceto maximè proficua.

XIX. Et profectò eo majori sollicitudine tam privatorum quilibet, quàm etiam Magistratus ipse contagium ejusmodi pestilentiale præcavebunt, quò magis truculentissimè dira hæc lues loca, quæ corripuit, nullo ætatis, sexûs, vitæque conditionis habito discrimine depopulatur, &

Luctus ubique, pavor, & plurima mortis imago.

Quapropter idem post institutas supplicationes publicas cum in vicinia grassari incipit, & jam proximus ardet Ucalegon, præter Medicos & Chirurgos, etiam Viros quosdam ac mulieres probitate insignes sub salario publico constituat, qui infectis ubique inserviant. Utque fide eo majori sua expediant, *collegium* quoddam *sanitatis* iisdem simul præponatur, ex piis cordatisque Theologis, Medicis, legumque ac œconomiæ peritis, ad quos de singulis quæ aguntur referatur, quique ipsi sedulò pro occasione in singula quoque inquirant, eaque dirigant.

XX. Etiam privati in civitatibus ac pagis pro se, & quidem tres quatuorve patres familias, in unam societatem coire possunt, ut quicunque ex tribus his ædibus, sive herus sive famulus fuerit, peste corripiatur, statim

atim ad unam Societatis domum, eum in finem ab
quilino suo, sanarum ædium alteram cum familiâ suâ
rsus intrante, evacuatam transferantur, in quâ à reli-
uis duarum sanarum ædium inquilinis, quoad cibum,
otum, aliaque providentur. Hac ratione non solùm
mptus publici minuuntur, confusio publica in civita-
omnis præcavetur, commercia in locis infectis libe-
servantur, sed & terror pestis ipse levior redditur.



SECTIO SECUNDA
DE CIBIS
CAPUT I.
De Ciborum qualitate ac præparationibus in genere.

I.

Post aërem consideranda veniunt alimenta, eaque
magis, tum quod nullâ in re frequentius peccetur,
pluresque ingluvie ac crapulâ obeant, tum etiam,
od quæ eduntur ac bibuntur, alia aliorum remedia
dant. Cibi enim concoctu difficiles crudique ac vi-
di aliorum insequentium ciborum calidiorum,
ve quâdam excedente qualitate pollentium ope cor-
rigitur, quod ipsum, quoniam naturæ magis amicum
sit, eo quoque magis medicationi ipsi præferendū.

Hippocrates l. 4. de morbis

II. Alimenti autem nomine venit, quodcunque
r os intra Ventriculum ac dein vasa receptum, bene-
cioque lymphæ ac caloris naturalis ubique alteratum,
r sanguinem ac dein substantiam corporis cedit illud-
e nutrit, & auget; Taleque est vel cibus vel potus,
quorum assumptione & qualitas cujuscunque, ac tem-
s, modus, ordoque sumendi & quantitas attendenda.

III.

III. Qualitatem ciborum passim in scriptis suis rejicit *Helmontius*, solam quantitatem nocumentum afferre statuens. Sed contra evidentem experientiam disputat. Illud interim negari nequit, qualitates illas non raro ratione dispositionis in stomacho, assumpta probè aut vitiosè digerentis, redundare. Uti cibi, quos vulgò flatulentos appellamus à plurimis assumuntur, qui tamen non omnes flatibus dein torquentur. Quibus enim ventriculus robustior, cibos ejusmodi absque succedente flatulentia digerunt, imbecillis verò stomachus etiam non flatulenta alimenta malè digerit, ut per vitiosam fermentationem flatus redundent. Eadem quoque ciborum scorbuticorum ratio est. Novi cui nullus unquam cibus ita salitus in mensa apponitur, ut non ipse semper aliquid salis insuper addat, nec tamen hic ullius unquam symptomatis scorbutici sibi conscius est, ne quidem lassitudinis, quæ ratione vitæ generis alias facillimè obrepere posset. Sed hæc quamvis ita recte se habeant, nullatenus tamen cum *Helmontio* qualitas ciborum negligenda, utpote in qua bonitas eorundem consistit.

IV. In genere verò *cibus bonus est*, qui parva quantitate ingestus singularem cum corpore nostro convenientiam habet, fami sufficit, facilè digeritur, nullaque (Boerhaavius *Nov. Germ. ann. 708 p. 131*) acrimonia stimulante, nec mobilitate nimia præditus est, rectè distribuitur, inque corporis humani substantiam assimilatur, & pauca excrementa ad alvum deponit.

V. Ex quibus quid *Pravus cibus* sit facilè apparet; Existit autem talis tam ratione substantiæ mox specialius explicandæ, quàm aliorum accidentium, ut cum putrescere incipiunt, aut situ opplentur antequam usurpantur. (Zacchias *l. 2 Quæst. p. 156*) Pertinent huc & cibi fulmine tacti, qui insaniam parere feruntur, ac gelati, qui ventriculum ad interiora nimis refrigerant, ut febres facilè insequantur, (Ridlinus *Millen p. 76.*) ac juveni cuidam à cydoniis gelatis accidit.

VI. Differunt etiam cibi ratione præparationis.
ri, siquidem naturâ suâ cibi fuerint humidi, seu a- Lindanus *Secl. Med. f. V. §102*
osus humidum contineant, tunc magis fiunt exsuc-
Apparet id in carne vitulina, quæ tenera est & sapi-
si assetur, elixa verò non item. Quæ enim elixan-
proprium humidum deponunt in jus, cui quo diu-
s caro incoquitur, eo plus alimenti inest, quam
nibus ipsis coctis. Si autem cibi natura sua sint sicci-
nique, ita ut stomachus noster ex iisdem non mul-
n alimenti extrahere queat, elixatione propter hu-
ditatem adventitiam humectantur & ad faciliorem
estionem disponuntur. Ex hac quoque ratione eli-
io competit piscibus durioribus, ac virosum quid sa-
ntibus, quoniam ita magis magisque humor pra-
s elicitur, namque blandus ignis calor cum humore
ibitus, quædam quasi piscium lotura est. Coctio Ridlinus
ò omnis valde differt ratione liquoris, cum quo *Millen. p. 43*
ac vasorum in quibus peragitur. Liquoris ratione
mendum, cibos ex vino paratos tam utiles, ac qui-
m nonnullorum palato sunt grati, non existere, quod
diante igne illæ vini partes consumantur & avolent,
e maximè sunt proficuæ. Inter vasa vitanda ærea Sennertus
cuprea. In his enim si vel coquantur cibi, vel diu- *prax. l. 6 p. 272*
s serventur, ventriculum turbant, nauseam, vomitio- Lanzonus
s, aciditatem linguæ, erosiones ventriculi, dolores & *Misc. c. Germ. Dec 3 Ann. 7*
ntris fluxus excitant. *Obs. 102*

VII. In *cibis assis*, quoniam superficies à subjectis
nis obduratur, succus quoque ingenitus magis con-
ditur ac retinetur. Interim probè nutriunt, tardiùs
nen digeruntur, sicciùsque alimentum præbent, hu- Dolæus
idioribus ac flatulentis naturis proficuum, unde quo- *Encycl. Med. l. 1 c. 11*
e iis, qui convulsionibus laborant in cibum laudan-
r, inque diarrhoeis ac dysenteriis imprimis conve-
unt, quoniam alvum cibi ejusmodi simul detinent.

non ubique in alimentum cedit. Pultes quæ inde à rusticis in finibus Germaniæ Italiæque conficiuntur non ingrati saporis existere dicuntur, convenit tamen magis hoc cibi genus robustioribus ac laboribus deditis, cum difficulter digeratur, flatulentum sit, oculis noceat, visumque obscuret.

Matthiolus *Comm. in Diosc. l. 2 c. 78.* Sennertus. *Instit. l. 4. part. 1. c. 3.*

III. *Hordeum*, duplicis generis est, hyemale ac æstivũ, illud præstantius, unde & in officinas recipitur. Frigidioris verò naturæ est, & exiguum ficciusque ac lentum seu crassum alimentum suppeditat, quod tamen minus durabile est, & facilè per alvum secedit. *Sponius* hoc ipsum à duritie palearum digestioni minus obtemperantium deducit, quæ cum rigidæ ac minimè contritæ ad intestina perveniant, eadem vellicent & hoc modo citiùs deorsum moveantur, alvusque liberior reddatur. Cæterum hordeum facillimè rubiginem sentit; minusque tolerat imbrium impetus, quapropter eligendum candidissimum, fartum, ponderosum, coctu facile & quod situm non contraxit, Rufum autem infirmius est; Inest tamen hordeo flatulentia quædam, quæ per coctionem ejusdem ad crepaturam usque, vel quoq; fermentationem tollitur. *Ptisana hordeacea* nomen frequenter occurrit, quo nomine quidem Galli & Itali ut & officinæ vulgò decoctum hordei vocant; *Latinorum* enim *ptisana* est hordeum molâ decorticatum inque parvas particulas redactum, *Gersten Grupen*, quod cum jusculo carnis coquitur, addito interdum aceto. Saluberrimum autem cibum præbet, nec ipsis menstruatis formidandum, siquidem acetum abfuerit. In Gallia au- & Italia ptisanam non simpliciter ex hordeo parant, sed addunt ficus, passulas, jujubas, glycirrhizam, semen anisi, & fœniculi. *Panis* ipse *hordeaceus* maximè siccus est, difficilioris digestionis ac simul flatulentus, minus nutrit, aut firmum alimentum, sed potius frigidum

Comm. in aphor. Nov. sect. 4 n. 49

Matthiolus *comm. in Diosc. l. 2 c. 79*

Ridlinus *Lin. An. 3 p. 265.*

entum succum præbet, talemque ab homine elegan- besse debere *Hoffmannus* judicat. Quò tamen præ- itius hordeum est, eò magis panis ad triticeum ac- it. Podagricis eundem peridoneum quidam opi- itur. Iis quoque, qui validis laboribus exercentur, robustum simul ventriculum habent, solidum ali- ntum dare potest. Apud Romanos quondam gla- orum cibus erat, qui inde hordeati dicebantur, imvis *Hoffmannus* hoc aliter explicet, eosdem scilicet ipso infames exstitisse, quod hordeum daretur.

lib. 5 Instit. c. 6.

Baglivus prax. l. 2 p. 194

Plinius l. 18 c. 7

l. 2 Med. offic. c. 230

V. *Manna*, graminis cujusdam à *Bauhino* descripti se- i est, quod in quibusdam Germaniæ campis, impri- circa Silesiæ & Poloniæ confinia, & in Carniola non ori curâ, ac cætera frugum genera excolitur, cul- autem mitius redditur; Album est oryzæ modo, e & oryzam spontaneam *Cordus* vocat. Initio verò rè minus est, coquitur in jure pinguium carnium, ne à suo putamine resiliat, in pila quibusdam tun- r. Mediocriter autem ventrem adstringit.

Histor. plant. l. 18 c. 41

Matthiolus comm. in Diosc. l. 4 c. 28

V. *Milium*, maximum famis remedium vulgò au- Satum enim contra omnes tempestates durat, & mvis reliquarum frugum sterilitas adsit, milii ta- nunquam est, & ubicunque alia legumina non pro- iunt, ibi lætum est milium. Robustioribus autem menta suppeditat admodum nutritiva, imprimis si æ modo cum lacte coquatur. Nullum etiam fru- tum coquendo magis crescit. Sylvani qui in Tri- tino agro arbores secant carbonesque parant, solâ e miliacea cum lacte factâ se alunt, nec alio dicunt imento perdurare posse, unde & eo tantùm toto an- vivunt, & fontanâm aquam potant. De cætero re- erat leniter & siccioris naturæ est, unde & alvum atur, adeoque humidioribus, quique ad diarrhoeas clives sunt, convenit. Siccitate autem suâ adeò

Hoffmannus l. 2 med. offic. c. 150

Matthiolus comm. in Diosc. l. 2 c. 90

Bauhinus *histor. plant.* l. 18 c. 42 diuturnum esse volunt, ut ad annos centum durare possit, si quo ventus vel aër non pertingant, condatur. Imo & carnes ipsæ recentes milio æstate sepultæ, pluribus diebus à putredine vindicantur. Ex milio quoque panis in quibusdam regionibus conficitur, ut in Gallia, Campania, in qua prædulces panes placentæque inde parantur. Porta *Mag. Nat.* l. 4 c. 18 Sunt tamen hæ graves admodum, concoctu difficiles & manducando glutinosæ, nisi mox cum incoctæ sunt, vel calentes adhuc edantur, alias compactæ & ponderosæ molis evadunt. Dicitur autem panis ejusmodi à venenis præservare. Cæterum ob naturam friabilem farina milii difficulter in panes coquitur, nisi fervens aqua in copia affundatur, ut lentorem quandam assumat. *Galenus* panem hunc præaridum & & instar arenæ aut cineris friabilem jam pronunciavit. In Tartaria Asiatica etiam cerevisia ex milio conficitur.

VI. *Oryza*, semen est plantæ folium arundinaceum, culmumque tritico crassiorem firmioremque præferentis in cujus fastigio spica in ramulos divisa oritur. Ex India autem primum originem traxit, indeque per universum orbem disseminata est. Indis enim loco panis est, qui exteris eandem adeo invidebant, ut messores ac institores jure jurando adigerent, ne priusquam excoxissent, ulli venderent. Bodæus *comm. in Theophr.* l. 4 c. 5 In placentas autem eandem redigunt. Oryzam tamen cortice suo spoliatam ad nos deferri, quod in ejus cortice venenatum quid lateat, ut & eandem seri procul ab urbibus, quod ejus flos male oleat, fabulæ sunt *Riolani*, à *Bauhino* refutatæ. *histor. plant.* l. 18 c. 48 Seritur jam crescitque in pluribus Europæ locis. Philippopoli in Thraciâ locis palustribus & aquosis instar tritici crescentem vidit *Busbecquius*. *Ep.* 1 p. 31 Vulgò cum lacte coquitur, quod tamen cum in quorumdam Ventriculis, acido humore abundantibus, facilè coaguletur, & ad crestionem irritetur, simul in causa erit, quod ab oryzæ Ridlinus *lin. ann.* 4 p. 807

esu

fluxum quidam sentiant. Alii cum jure carnium sumendam suadent, talisque cibus Ægyptiis frequentissimus. Bene quidem nutrit, calidum tamen ...m, glutinosum nimisque crassum ac subadstrin... alimentum suppeditat, concoctu difficile, adeoque laboribus dediti, vel humidioris naturæ sunt, eisque ac dysenteriis vexantur, magis convenit. ...res etiam ac prolificos, si præsertim cum cin...o ac saccharo sumatur, reddit. Qui Ery si... periodico vexantur, ad sanguinem incrassandũ ...um successu utuntur. Econtra iis, qui difficul... ...rationis, obstructionibus alvi, & doloribus coli... ...xii sunt, vitanda, cum crebrior ejusdem usus ...tiones magis adaugeat. Vitanda quoque men-

Prosp. Alpinus l. 1 c. 10

Ex nimio esu oryzæ calidæ visus debilitatem ...atem oriri, Indorum circa Moluceas experientiâ ...atur quod & ratione non caret; cum enim oryza in locis udis ac paludosis crescat, fæculenti etiam ...m ac uliginosi facilè contrahit, quod ipsum calidũ ... altius in corpus penetrabit, quam frigidum, ...que siccæ crudæque oryzæ odor caput gravat ...olentiam inducit. Apud Indos potus ex eadem ...ur, saccharo ac aromate vario conditus, quo fa... ...æusque capita tentari ajunt, quam vini poten... ...gustu.

Bontius de Med. Ind. c. 16.

Panicum, cum milio ferè convenit, unde & qui... milium agreste seu exiguum audit. Passim per ...niam saltem in alimentum cedit, & pultes ex se... ejusdem deglumato fiunt, non ingrati saporis. ...mentum tamen non satis commodum suppeditat, ...opter rationem non videam, cur *Diocles* illud ...gum vocaverit. Naturæ quippe frigidioris sic... ...c constipantis est, & quidem magis quam mi... ...nde & in alvo humidiori diarrhoeis ac dysen-teriis

Junius Nomencl. p. 105

teriis quoque confert, frequentior tamen ejusdem u
Timæus l. 1 cas. 24 flatus & obstructiones parit, & visui nocet.

VIII *Secale* usuale maximè frumenti genus quib
Voglerus Comm. diat. c. 14. p. 55. dam, sed perperam *Siligo*, cum per vocem hanc den
tur frumentum omnium selectissimum, adeoque n
lib. 18 c. 8 rectius quam optimo tritico conveniat, unde & *Pli*
siliginem rectè tritici delicias appellat, eaque voce G
ci ad tempora Galeni usque caruerunt. Calidior v
est hordeo, plusque ac ullum frumentum post tritic
nutriens. Non verò ita calida est ac triticum, & mi
quoque humida, crassiusque alimentum suppeditat;
terascens autem acescit. Panis ex eo factus, delica
rum palatis non admodum blanditur, ac difficilius p
lò concoquitur, ventriculoque gravis est, in nostri
men regionibus firmius alimentum præbet, quàm
ticeus. Qui furfurum plane expers est, lentoris q
piam & obstruentis naturæ obtinet, qui verò ex
farina concinnatur & confusaneus vulgo audit, me
est. Ater & ponderosus, cum chylum admodum c
sum suppeditet, iis omnino vitandus, qui vitæ sede
riæ dediti, & præterea obstructionibus ac renum
culis obnoxii sunt. Panem verò secalinum lumb
tract. de Nutrit. inf. Oper. 784 ansam dare *Helmontius* opinatur. Injecto enim i
panis frusto in vas mellis eundem in forn
mutatum deprehendit. Ab ingestione panis copi
Geyerus in misc. Dec. 2. Ann 6 obs 87 ris cachexiam tumorem ac duritiem ventris in
pauperiores exemplis suis docent. Quod si frumer
Wepferus in misc. Dec 2. Ann. 10 obs. 171 malũ exstiterit, morbos chronicos procreat, impr
scorbutum. Quibusdam in locis panem ex tritic
secale miscellum habent, qui optimæ notæ est.

Bauhinus hist. plant. l. 18 c. 8 IX *Triticum*, calidum atque humidum frumer
est, plurimum salubre ac firmum alimentum præ
omnibus suppeditans, idque tam ratione caloris c
humiditatis, quæ simul viscositatem aliquam obt

r

tioni aptam. Quamvis autem color ratione re-
um variet, uti in Italia candidum, in Cypro verò
a fuscum est triticum, & vulgò triplex statuatur, *Vossius l. 8. Idol. c. 10*
ue fortè quædam ejus differentiæ tradantur, exi-
tamen hæ sunt ac nullius penè momenti, cum mu-
vel solo, ubi nascitur, vel tempore sationis, imo vel
e vel diligenti culturâ unum genus in alterum fa-
ranseat, quin ob ingentes vernales pluvias facilè
lium degeneret. Optimum est coloris flavi vel *Matthiolus Comm. in Diosc. l. 1. c. 78*
, læve, grave, densum, fractu contumax, pinguiori
mmundâ terrâ productum, maturum, triumque
nium. Pulverulentum autem, quod in domiciliis
e tectorio lævigatis conditum, inque altum coa- *Bauhinus hi.*
tum est, putridum aliquo modo existit, namque *flor plant. l. 18. c. 1*
is plus contraxit, ac æstuosum est. Cur verò
um magis quàm fruges aliæ pulverulentum fiat,
x in quartum annum duret, eruditè disquirit *Ram-* *l. d. morb. Artif. p. 205*
inus, deducitque partim à laxiore ejusdem textu-
artim ex copiâ partium volatilium, quibus ad tur-
ntiam usque saturatum est. *Panis* è tritico confi-
trium generum, alius siligineus, ex flore farinæ,
similagineus, seu ex parte farinæ puriore post flo-
denique cibarius, qui ex furfure minus tamen
o conficitur, & propterea per alvum magis sece-
Plurimum autem furfuris illud triticum continet,
l intus rarum laxumque conspicitur. In genere
panis ex tritico humidior ac subtilior est, assiduè
n comedentibus lentore suo obstructiones, nephri-
arthriticosque dolores inducit, nisi corpus probè
ceatur, quod si tamen fermento ac sale probè sub-
s, ac aliàs bene sit fermentatus, non admodum in-
modus est, præsertim ubi recens unius diei spatio *Horstius*
im post cocturam comeditur. Triticum coctum *l. de sinliosf. Valet. p. 41*
mque nemo facilè comederit, fecit tamen id ali-

quando *Galenus* noster, pondusque tantum in ventriculo sensit, ut lutum ipsi incumbere videretur, & postero die cibum fastidiret cumque nulla alvi excretio, quod unicum in cruditatibus remedium idem asserit, sequeretur, flatibus repletus fuit, caput doluit, oculique caligârunt. Quid non exspectandum de bellariis nostro tempore ex farina tritici paratis, quæ tritico tenuior est, à quibus, dum hæc scribo, juvencula quædam dyspnoeam & cachexiam contraxit, quod iisdem superbibisset, atque haustu isto frigido, diarrhoeam colicam, ex esu bellariorum ejusmodi sibi aliàs consuetam prævertisset. Pultes ex tritico, siquidem ventriculus bonus, optimè alunt quidem, sed obstructiones simul pariunt, ac in infantibus sæpe ipsa mors sunt, de quibus pluribus infra.

Zacutus Lusitanus *histor. med. princ. p. 947*

Hoffmannus *l. 5 Instit. p. 668*

X. Ex tritico paratur *amylum*, cujus inventio Chiæ Insulæ debetur, sic appellatum, quod sine mola fiat. Modum parandi pluribus *Dioscorides*, & novissimè sagacissimus *Rammazzinus*. Probatur autem levitate, lævore, & ut recens sit & candidum. Si in præparatione paulisper udum mansit, facilè acescit. Admiscetur autem lacti & obsoniis, prodestque in alvo humidiori, ut & illis, qui sanguinem exspuunt, mingunt, ac dejiciunt, quamvis ut *Rammazzinus* pluribus ostendit, non plane omni acrimonia careat.

l. d. morb. Artif. c. 23 p. 192

XI. *Zea*, in Germania superiori maximè colitur, nostro autem loco ferè incognita est. Facultate sua quodammodo media triticum inter ac hordeum est, tritico tamen magis affinem statuit *Hoffmannus*, adeoque viscidiorem, quamvis *Horstius* tritico imbecilliorem, & plus hordeo nutrientem arbitretur. Tunditur autem in pilis donec glumam exuat, & ptisanæ hordeaceæ modo in particulas frangitur. Panes qui inde parantur, sunt albissimi, leves, gustu non ingrati, humidiores facilesque concoctu. Veteribus quibusdam talis chondrites audit.

l. 5 Inst. c. 6

l. de studios. Sanit. p. 42

Matthiolus, *in Diosc. l. 2 c. 82*

Cap.

...erat. In ciborum vero aſſumptione panis ... neceſſarius eſt, cum iisdem quaſi fermenti loco ...r, in maſticatione ſalivæ beneficio evolvendus. ...er hanc panis neceſſitatem Judæi eundem maxi- ...bſervant, ut primò vas nullum ei ſuperponant, ... nullam patinam ejusdem fruſto ſuffulciant, deni- ... nullam poſt rem jaciant. Hinc quoque piſtorem ...rium Pharaonis Ægyptii gratiâ propterea exci- ..., quod maſſæ ſilicem forte immixtum cum pane ... inſcius Regi obtulerit, quem admordendo den- ... læſerit. Tanta quoque panis ſuavitas eſt, ut ab ... ſolo, cæterorum quidem ciborum omnium ob- ... nauſeâ, non abhorreamus, atque ægri appetitum ... omnium ferè poſtremo amittant, reſtituti ve- ... primo recuperent. Uti verò panis ſolus gratum ali- ... ventriculo præſtat, nec ullius rei admiſtione ..., ita abſque eodem edulia omnia inſuavia ſunt ... ſalubria. Qui parciùs pane utuntur copioſiùs au- ... carnibus & piſcibus, habitum corporis acquirunt ... & carnem fluidam, fœtoremque oris. Cum ...ta omnia exacto circiter triduo, ni ſale con- ...edinem concipiant, oleantque, panis diutius ...unquam putreſcit aut vitioſum odorem con-

Lentilius *in Miſc. Dec.* 2 *Ann.* 4 *obſ.* 159

Lemmius *l.* 2 *occ. c.* 21

res athletæ ac pugiles copiosiùs se pane alerent, tantis laboribus non sufficerent, nec subsisterent. E contra verò valetudinariis, corpore tenello, ut & invalido ac flaccido ventriculo præditis, quique meatus exiles habent, parcior panis usus convenit.

II. Non omnes tamen gentes pane ejusmodi utuntur. Prisci Germani, Britanni ac Galli, non multum frumento, sed maximam partem lacte ac pecore vivebant, & adhuc hodie Alpicolæ rarissimè eodem utuntur. Gronlandi loco ejusdem pisces induratos adhibent. In Norwegia ex cortice abietino terso conficitur. Incolæ Provinciæ Chinensis pulpâ cujusdam arboris, quam loco medullæ possidet, mollissimâ ac farinæ simillimâ ad panes conficiendos utuntur, quæ farina insuper ad omnes esculentorum usus idonea. Exercitus Julii Cæsaris Dyrrachium obsidens ex radice, cui nomen Chara, panem conficiebat, quam arum exstitisse illustris *VVedelius* non absque ratione suspicatur, & adhuc imitabilem esse docet. Quin & annonæ caritate urgente ex lupinis, cucurbitis, palmis, castaneis aliisque rebus paratur, de quibus suo loco.

Conringius *de Germ. corpor. Habit. p. 52*

Wepferus *in Misc. Dec. 2 Ann. 10 obs. 172*

Thom. Bartholinus *in Ephem. Gall. ann. 68 p. 156*

Hoffmannus, *Clav. Schröder. l. 4 §327*

Ecchardi *Act. mens. Ann. 702. April. p. 35*

III. Cæterùm in pane considerandæ sunt fruges ipsæ, farina, fermentatio, & præparatio, quæ subactione & coctione constat, quod eo majori studio faciendum, quoniam cum omnis repletio mala, panis semper pessima existat, febresque producat, & nullum stomacho gravius opus, quàm à pane malè cocto, aut minus debitè elaborato, quia nimius inde in stomacho redundans acor, reliqua assumpta omnia inficit. In pauperioribus non infrequens est, ut pane vel nimio, vel non admodum bono se infarcientes, abdomine intumescant, & scabiosi quoque evadant. Optimum in universa Europa panem Scotiæ adscribit *Scaliger*, utpote candidissimum, levissimum, ac maximè solubilem.

Exerc. ad Cardan. 200.

IV.

Ex *frugibus* itaque vitandæ, quæ ſolo minus
do enatæ ſunt, ceu triticum terram pinguiorem
. Fruges ex agris boum fæcibus imprægnatis, Rolfincius
fermentationi ineptum ſuppeditare, ac ſangui- *l. 2 ord. con-*
iſſiorem reddere obſervatum eſt; Fruges quo- *ſil.* 10
notantur maturæ, nec admodum recentes, nec
madidæ, aut ex aſſervatione fœtidæ, nec tineis
aut pruinâ vitiatæ. Urgente autem annonæ
frumentum degener maximâ ſollicitudine evi-
, ceu ſupra de lolio monui. A granis ſecalis Brunnerus
ribus incolæ iſtius tractus non tantùm convul- *in Miſc. Dec.*
s miris torquebantur, ſed & extrema illorum 3 *Ann.* 2 *obſ.*
ata emoriebantur, idque eò facilius pane recens 224
no extracto, & adhuc calente comeſto, refrige-
rò & ſitu ſiccato, noxam non tam facilè infe-
Ex alio ejusmodi pane, cui plurima piſorum,
m, fabarumque farina admixta fuerat, melan- Lentilius *in*
Epidemica inſecuta propter ſanguinem ſcilicet *App. ad Miſc.*
ſpirituoſum ac lucidum inde progeneratum. *Dec.* 3 *Ann.* 5 *p.* 121
V. In *farinæ* conſideratione primò *molendina* occur-
quæ ſi ventis moveantur, farinam non æque bo- Jonſtonus
ſuppeditant, propter agitationis inæqualitatem. *ſyntagm.*
s lapis ſuper lapidem currit, & hi molliores *pract. part.* 1
, farina redditur arenacea, ac dentibus mo- *diæt.*
Lapides rubri ranas plerumque continere di-
. Nec farina ita pura exiſtit, quæ per incerni- Matthiolus
riora transmittitur. Optima verò farina, quæ *Comm. ad Di-*
ad ſummum molita, non nova, non longi tempo- *oſc. l.* 1 *c.* 78
craſſi furfuris fuerit. Nam quæ ſuperfluè mo-
furfuraceos reddit panes, & recentior aſcititiam
aliditatem adhuc ſervat, farina verò vetuſtior &
molita, pulvere, ſitu, carie, aut viroſo aliquo
corrumpitur.
Ratione verò farinæ ejusmodi à furfuribus de- Hoffmannus
 pura- *l.* 5 *Inſt. c.* 6

puratæ panis trium generum evadit. *Similagineus* f
Erasmus *Adagior. chiliad 3 cent. 2* similaceus, qualis apud Græcos quondam in maxin
deliciis erat, describiturque convivium quoddam A
ticum, in quo commemorantur & panes nive albior
ex tenuissimo scilicet polline seu flore, sine ullis fur
ribus, talisque fit madefactis seminibus, ut in grand
ribus particulis abeant furfures præcipuè primi. I
nis hic magis quidem nutrit, quoniam chylus ex
confectus totus ferè per vasa lactea transit; Sed fac
Plempius *l. 3 fund. p. 216* nisi corpus benè exerceatur, ad lienis jecorisque o
structiones, nephriticos arthriticosque dolores dis
nit, propter similæ lentorem & dulcedinem. Dein
est *panis* cibarius, seu domesticus aut *secundarius* cu
furfurum magna satis copia relinquitur, quod etiam
cessarium est, propter vim, quâ pollet, abstergente
quo ventriculus & intestina ab inhærente viscoso n
co simul liberentur, & calculus præcaveatur. Te
generis panis fit ex farina integra ex toto grano nu
l. 2 diæt. secretis furfuribus constante. Talem *Hippocrates*
vum laxare statuit, idque rectè, quoniam major in i
quantitas partium terrestrium continetur, quæ fur
dein constituunt. 'Αυλόπυρον vocant, si ex tritico pa
Heerius *Obs. 29. p. 325* tur, observatumque quendam, qui non nisi post vi
simum quartum diem alvum à puero deponebat, s
sanissimum, lubricando tamen alvo, autopyro e
modi pane usum fuisse, quem quàm poterat pityro
mum sibi fieri curaverat. *Hoffmannus* panem ejusa
di furfuraceum ex secale rectè ad canes relegat.

Willisius *de ferm. c. 7* VII. Post farinam in pane ad *fermentationem* re
ciendum, quâ mediante massa farinacea intumes
partes ejusdem viscosæ attenuantur, rarefiunt, ad d
stionem aptiores redduntur, & ipse panis levis, poro
ac friabilis evadit. Et certè panis ita fermentatus o
mus existit, imprimis recentior, qui vires corpo
egre

gie restaurat, quod exemplo equorum videre est. enim, si fessos aurigæ conspiciunt, frusta ex pane ino vulgari præbent, cum sensibili virium inento. Panis verò non fermentatus seu azymus r luti ponderosus est, viscidumque ac crassum chysanguinemq; generat, alvum constipat, ac viscera uit; Si tamen bene digestus fuerit, corpus pingue- & torpentem venerem excitat. Fermentum vec communiter ex farina paratur, quæ cum aqua miscetur, saleque & aceto admixto in loco tepido ratur. Pro pane triticeo conficiendo vulgò flores, fectu horum fæces cerevisiæ sumunt, quæ quamibusdam improbentur, non minus tamen & ipsæ ntandi vi pollent, id quod ex ipsius similæ confe- e luculenter apparet. Simulatque enim fæx ista ata fuerit, massa farinacea vel statim vel paulo intumescit; Et in simila ipsa quod oculos vulgò at, non nisi à fermentante ac massæ partes disten- e fæce est. Quodque in fæce hac excrementitium ulentum vulgò præsumitur, id per ignem & coem ita corrigitur, ut nullam amplius corpori nonolestiam pariat, ceu fæces ejusmodi cum farina æ ignique commissæ, aliam naturam induunt, alue sistunt, quæ aliàs, si citra correctionem ejus- in corpus assumerentur, cerevisiæ receptis, aut à non bene depurgatæ instar, alvum & intestina rbarent. Interim negandum non est, panem àce- æ fæcibus fermentatũ, sub austerum ac nonnihil aem reddi, uti è contra flores cerevisiæ, utpote lurimum turgidi, panem potentiùs fermentant, ue levitatem & pergratam dulcedinem confe- Quod si verò massa farinacea cum rebus pingui- tyro, aut pinguedine subigatur, non adeo fermen- , gravisque & ponderosa evadit. Ipsius fermenti ad

Langius l. 1 Ep. 56

Voglerus Domin. Diat. c. 14

ad farinã quantitas adeo simpliciter determinari nequit, & omnino hic ad acrimoniam fermenti aëremque calidiorem ac frigidiorem respiciendum. Vulgò libram ejusdem ad modium farinæ sumunt, satius tamen est, cum eodem excedere, quàm deficere. Excessus enim solùm nutritioni obfuerit, quia panis nimis rarus & spongiosus citius dissipatur, ac alimentum ejus minus durabile, ideoque minus nutriens. Eadem & salis quoque ratio, cujus quantitas vulgò pugillus unus est ad modium; Sine sale panis minus ori ventriculoque gratus erit, imo nec levis, eoque insalubrior, sale crudos humores non digerente, unde panis gravitas, in corpore verò exin sanguinis humorumque lentor, & obstructiones calculique sequuntur. Fermento ejusmodi quidam nitrum substituunt, quoniam hoc alias panes & carnes friabiliores reddit. Alii uvas pridie quàm panem faciunt, in aquam conjiciunt, & sequenti die ubi panem facere volunt, innatantes tollunt & exprimunt, ac effluente humiditate pro fermento utuntur, quo panes insuper reddantur jucundiores; Quidam etiam ova conquassata addunt fermentis, utpote quibus panis magis spongiosus reddatur, quos modos suo loco relinquo.

Vossius l. 5 Idol. c. 10

Porta. mag. Nat. l. 4 c. 16

VIII. Sequitur *subactio*, quæ ut ritè succedat, farina subigenda aquâ è fontibus laudatissimis, ac pellucidâ, non quæ marina aut palustris sit, aut cœnum limumve redoleat. Aqua autem ejusmodi tempore hyberno calidior convenit, æstate verò temperatior. Nec lac improbandum, ita tamen ne pistores viliori tritico hoc ipso meliorem albedinem concilient, suo quidem lucro, sed comedentium damno. In ipsa verò subactione quaquaversum valido ac diuturno labore depsendum, ut fermentũ & aqua, ad partes omnes farinæ perti-

gant

gant, nec quædam harum etiam post subactionem maneant farinaceæ, quædam verò salsæ nimis aut insipidæ. Itali præterea amant pistores Germanos, quod lacertos habeant firmos, nec facilè lassentur. Cavendum tamen à subactione nimia, cum panis ita reddatur tenacior & siccior, diutius in ventriculo hæreat, ac solutioni resistat, adeoque difficilius concoquatur. Hoffmannus l. 5 Inst. c. 6

IX. *Coctio* & exsiccatio in clibano necessaria est ad fermentativum massæ progressum inhibendum, ideoq; ante instituenda, quam ipsa fermentatio cesset, & partes expansæ denuò subsideant. Triplex autem panis coquendi ratio est, prima in clibano, cujus inventio Anno cuidam Ægyptio debetur, cum antehac pulte polentâve homines victitarent, panis cocti usum nescientes, hujusque Anni nomen dein in proverbium transiit, Annus scilicet clibanum, ac in eos dicebatur, qui novæ quippiam rei reperissent. Erat autem clibanus instrumentum aut machina ferè portatilis, antiquitus ex testa, unde & panis ejusmodi testuaceus audit, postea etiam ex ferro & ære facta, in quo deinceps pisces quoque & carnes, quæ Xeniorum loco amicis mittebantur, lento vapore paulatim decoquuntur, quomodo dulciarii adhuc utuntur. Tertius modus fit instrumentis, super craticulam scilicet; Etiam cineribus obruitur, qui tamen panis omnium deterrimus evadit. Furnarius sine dubio salubrior ex omnibus est, sed oportet justæ capacitatis furnus sit, ita ut quantitati panis proportione respondeat. Uti enim modica panis quantitas in amplum furnum missa exsiccatur & comburitur, ita rursus magna ejusdem quantitas in angusto furno nimium comprimitur, & ritè coqui nequit. Coctio ipsa quoque moderata sit, profusior enim ignis fermentationem impedit, primoque statim occursu adurit, ac superficiem exteriorem in modum testæ indurat, crudis

Erasmus Adag. Chiliad 1 cent. 10

Zacutus l. 2 Hist. Princip. dub 21

Matthiolus Comm. ad Diosc. l. 1 c. 78

ac incoctis remanentibus partibus interioribus,
panis ejusmodi visu injucundus, externè siccus &
assatus, internè verò crudus ac minus elaboratus ex
Qui verò spatio longiore undique æqualiter præassi
dein in ventriculo quoque digeritur, & ad functio
quæ digestionem hanc insequuntur, accommoda
mus redditur. Panis autem clibanites non
salubris est, quamvis enim superficies bene
cta sit, in intimo tamen adhuc madidus existit e
propter valde lentus ac viscidus est, difficulter in
triculo digeritur eumque gravat. Pertinent huc
centæ varii generis, quæ in furnis non coquun
quamvis & hæ ipsæ omnes non adeo commenden
& qualitas illarum pro diverso præparradi modo
riet, in eo tamen conveniant, quod vi obstipandi
leant. Ad ignem autem cum quo panis coquitur,
conveniunt ligna cariosa putrida aut mali odoris a
mida. Qui verò super craticulam, pavimentum
ac cineres calidos torretur panis, is quoniam sup
cie exusta partes intimas crudas retinet, & palatc
ter manducandum adhæret, & graves obstructic
causatur, nisi multo corporis exercitio vitium hoc
rigatur. Cum verò è furno extrahitur panis pa
cooperiendus est, ne præclusis ab aëre ambiente,
primis frigidiore poris exhalatio vaporum impedia
Idem nec loco sordido aut fœtido reponendus, nam
idem vitium facillimè contrahit,

X. Cœterum in pane & alia accidentia consider
da desumpta à tempore, magnitudine præparati
in se & cum rebus aliis. Uti verò panis recens
dubio optimus, ita qui *calidus* adhuc furnoque vix
Lentilius *Misc. Dec.* 2 *Ann.* 4 *Obs.* 199. tractus assumitur, flatulentus valde est & gravis, ven
culum miris modis inflat, chylum glutinosum red
sitim gignit, vasa mesenterii ac hypochondrii obstr

sanguinem limosum & ad motum ineptum reddit, febres causatur, corpus inflat ac distendit, corque multis palpitationibus quassum facilè obruit suffocatque. Sexagenario cuidam aliquo post panem nimium recentem comestum, tormina primò vehementia, cum tanto dein urinæ ardore successerunt, ut sudor frigidus accederet, inque mortis limine æger constitutus videretur, nisi laxante quodam subventum fuisset. Haut absimilis stranguria in puella juniori observata. Scilicet

Ridlinus *Lin Ann* 4. *p.*697 & *Ann* 6 *p.* 48

Panis non calidus, non sit nimis inveteratus
Sed fermentatusque, oculatus, sit bene coctus,
Et salsus modice ex granis validis electus.

Schola Salernit. *c.* 24.

Quò *vetustior* autem panis, eò siccior quoque ac difficilioris digestionis est, tardius descendit, atque alvum stringit, robustis corporibus atque operariis longè convenientior, quam debilioribus, aut vitam sedentariam agentibus. Firmius quoque alimentum suppeditat, unde prudentiores Oeconomi in famulitii sui atque operarum usum eundem sibi commendatum habent, ne tam citò à fame interpellentur, & simul diutius laboribus pares sint. Quibusdam etiam gentibus familiaris panis ejusmodi, qualis generis in Norwegia ac Suecia conficitur, qui ad 40 annos durat, & quò vetustior evadit, eò magis sapidus redditur.

Voglerus *Comm. Dial. c.* 14

Thom. Bartholinus *in Ephem. Gallic. ann.* 68. *p.* 156

Hoffmannus *Instit. l* 5 *c.* 6

XI. *Panes magni* ut plurimum adeo bene percocti non sunt, selibrales optimi. *Spira* propter nimiam substantionem constipantis naturæ sunt, adeo ut ex earundem *ingestione* copiosiore matutino tempore facta, iliacus affectus sequi possit. In vetustioribus spiris adhuc magis simile quippiam metuendum.

XII. *Crusta panis.* quamvis cibum pondere suo deprimere, ac in stomachis humidioribus humores absumere videatur, præstat tamen eadem abstinere, cum propter siccitatem non solùm alvum constipet, hypo-

chondriorum doloribus calculisque ansam suppeditet, sed & propter acrimoniam adustam ac fixioris salis abundantiam sanguinem quoque siccum ac melancholicum generet, juxta illud

Ne comedas crustam, choleram quia gignit adustam.

Inferior autem crusta præterea cineribus conspurcata est.

cap. 54 XIII. Panis vino imbutus, vipa *Salernitanis* audit, eique quotuor imprimis commoda adscribuntur; Scilicet mundat dentes, dat acutum visum, quod minus est implet, minuit, quod abundat. Cum enim panis vino imbutus diutius circa dentes moretur, facilius quoque Tartarum ipsis adhærentem abstergit & consumit. Deinde & visum acuit, cruda concoquit, & humorum vitiosorum multitudinem imminuit, dum leni quadam quasi adstrictione os ventriculi claudit, ac digestionem roborat, quod ipsum eò citiùs exspectandum si panis prius assetur, aut super prunis exsiccetur. Etiam citius quam vinum ipsum potum inebriare dicitur, partes enim vini subtiliores imbibit. Eadem & cerevisiarum fortiorum ratio, ex quibus cum pane intrito etiam *Kalteschalia* (ceu *Voglerus* hic ονομαστοποιεῖ) vulgò parantur.

Chiocc. Diat. c. 20

Lindanus Select. XVI. § 140 XIV. *Panis biscoctus* totus ferè crusta est, & fit coctione repetitâ. Extractum à furno panem pistores refrigerari sinunt, atque mox bisecant subtepentem, dein remittunt in furnum & lento igne percoquunt. Communiter è siligine tritici fit, qui ex secale conficitur, nauticus panis audit. Minimum autem excrementi relinquit panis ejusmodi, & firmum alimentum suppeditat, humiditatibus è ventriculo, quin toto corpore absorbendis aptum. Curatus eodem aliquando hydropicus, qui per dimidium annum nullo alio cibo utebatur. Sanguinem verò gravem acrem ac melancholicum gignit, si nimis assumatur, aut tostio ejusdem

Blanchardus Coll. Cent. 5 Obs. 67

s eit, prout præparatio ejusdem se habuerit.
verò farina interdum valde glutinosa fit, & præ-
m quod non semper fermentetur, etiam plerum-
on satis excoquatur, difficulter quoque in ventri-
digeritur, præterea ratione dulcedinis dolores &
nta ventris excitat. Prout etiam cum condi-
s aromatibusque præparatur, sanitati magis con-
, ex qua ratione & Norimbergenses placentulæ
ius præferuntur, utpote ex farina triticea, aroma-
præstantissimis ac corticibus citri & aurantiorum
tis confectæ. Huc & panes melliti Italorum per- *Ampelogra-*
t, pluribus à *Sachsio* recensiti, ut & panis musta- *ph. p. 127*
, seu ex farina siliginis altissima, cum dulci musto
a, & in testaceis cocta paratus.

CAPUT IV.

De Leguminibus.

I.

Alterum ciborum genus legumina constituunt, sic
dicta quod legantur, vasculis seu folliculis inclusa.
[illegible]iliorem autem cibum suppeditant, nec ita nu-
fruges, præterea abdomen flatu replent,
visceribus pariunt, pituitosum crudum,
ac fæculentum crassumque sanguinem gi- *Hippocrates l. 2 Epid. s. 4*
[illegible]um hebetant, vertiginem inducunt, ac cru-

menda, aut jure aliquando, uti vervecino comedenda, & imprimis pipere aliisque aromatibus condienda, utpote quibus crassi ejusmodi humores attenuantur, & flatus discutiuntur. Præterea faciliùs aquâ fontanâ aut fluviali coquuntur, è contra verò puteali redduntur duriora. Rectius quoque hyeme aut vere in usum veniunt. Deinde & inter partes leguminum distinguendum, corticem scilicet & pulpam; Cortex flatulentus maximè ac tormina excitat, dum scilicet adstrictione sua retinet, quæ ratione pulpæ seu carnis per alvum secedere nitebantur, utpote quæ ventrem subducit. Legumina excorticata flatus in corpore nostro non ita temerè excitant.

Vossius l. 5 Idol. c. c. 11.

II. *Cicer* stomachum gravat, paucique nutrimenti est, *Galenus* mali succi pronunciat, cibumque excrementitium ac concoctu difficilem vocat. Præterea flatulentum est, colicisque imprimis vitandum, namque distendendo dolores parit. Corpus insuper tumidum reddit; De cætero aperit, incidit, abstergit, urinam promovet, unde calculosis, ac lienis hepatisque obstructionibus, nec non pectoris difficultatibus conducit. Etiam menses movet maximè arietinum cicer. Ad venerem quoque incitat propter flatulentiam. Et mulieribus partui vicini conducit. Jusculum eorum & quidem cum prima aqua paratum alvum quoque movet. Ante cocturam autem per noctem madescere debent, cinisque linteolo involutus iisdem adjiciendus, ac dein bene abluenda.

Hoffmannus l. 2 de offic. c. 65
Hippocrates l. 4 Vict. rat. 691
Bodæus Comm. in Theoph. l. 8 c. 3

III. *Fabæ vulgares* à veterum fabis tam quoad qualitates quam formam discrepant, illæ enim virulentæ quodammodo erant, ut putamina earum steriles plantas efficerent, si radicibus apponantur, imo & gallinæ si crebro iisdem vescantur, quod de nostris dici nequit. Præterea veterum fabæ formæ erant rotundæ, nostræ oblon-

Valentini Polychr. Exot. p. 4
Galenus l. 7 simpl.

...mentum suppeditare dicuntur, quamvis eiusmodi ...iorem excrementorum copiam relinquant, citoq; ...vum secedant, & nisi hoc fiat, corporis habitum ...ant, pruritumque excitant. *Voglerus* virides fabas ...s potius obstruere quam humectare opinatur, im- ...s si absque cortice assumantur, utpote in quo vis ...movendi lateat. *Liddelius* carnem laxam gene- ...tatuit, quod tamen rationi & experientiæ contra- ..., fabæ enim, ceu legumina omnia sicca sunt & ter- ...a eoque magis talia, ubi succus quo viridia pol- ...dispeniit. Vitandæ proin fabæ maximè iis, qui ...ribus colicis obstructionibus alvi, pectoris difficul- ..., vertigini, capitisque imbecillitati, ut & insomniis ...lentis obnoxii sunt. Pythagoræis interdictæ ..., quod tranquillitatem mentis turbarent, ac vene- ...stimularent, quamvis apud *Gellium* contrarium oc- ..., atque afferat frequentiorem earum usum Pytha- ...isse, eumque per vocem Κυάμων, non fabas sed ... veneream designasse. Interim easdem venerem ...are partim flatulentia illarum docet, partim etiam ... experimento à pavonibus desumpto. Hi enim ... Februariis calere incipiant, faba leviter tor- ...dinem provocantur, si quinto quoque die ...æbeatur; unde & patet error illorum, qui ...ae sterilescere, & mulieres infœcundas red-

Comm. Diat. c. 12

l. 5 art. med c. 10

l. 4 Noct. Att. c. 11

Bauhinus histor. plant. l. 17 p. 285

debent. Hæc verò consistit primò in longiori cocti ne & primæ aquæ effusione, dein in additione eoru quæ flatus dissipant, ut pipere, zinzibere, denique ademptione corticum. Incoctiles existunt, si in aq marina salsa, aut addito sale decoquantur. Quædi quoque animalcula in iisdem gignuntur, cum secu imbribus, calor repentinus humorem incluserit. I bæ Ægyptiæ ingratum fœtorem dum manducant exhalant.

Hoffmannus *l. 2. de offic. c. 90*

IV. *Lens*, minutum ac vile legumen, pauperumc cibus, unde & in proverbium abiit, Dives factus j desiit gaudere lente. Duorum generum sunt: Albu seu minus & Germanicum, quod in cibis gratius e alterum verò majus seu Italicum, colore cinereo si russo. Adstringunt vehementer, cibusque est dysi tericis ac cœliacis conveniens, præterea crassum sir ac pravum succum gignit, sanguinemque melanch cum constituit, adeo ut qui in his comedendis mod non servant leprosi ac cancrosi evadere possint, ut incolis Alexandriæ Ægypti observatum, qua in reg ne cibarii hujus usus frequentissimus erat. Quap pter minime cum cibis aliis incrassantibus coquer parandæque, sed potius liquidis crassitiem incidentib Nec etiam conveniet lentes cum salsis carnibus esit quoniam eodem pariter modo humores crassi ge rantur & accumulantur. Præterea lentes siccantis na ræ sunt, aridisque & squallentibus complexionibus i nus conveniunt, è contra magis humidioribus, seu q bus habitus corporis vitiosus est, ob aquam in ca diffusam. Urinam quoque & menses remorantur aciem oculorum obtundunt, immoderata scilicet ex candi vi, quibus verò propter humidiorem naturam sus hebetior est, iis conferunt. Cæterum & stoma ac intestina inflant, Ani procidentiam accelerant, ca

Erasmus *Adag. Chi-liad 2 cent. II*
Matthiolus *Comm. l. 2. c. 100*
Galenus *l. 2 ad Glauc. c. 11*
Ridlinus *Lin. Ann. 4 p. 502*

unt, catarrhos movent, ac insomnia turbulenta ex-
t, unde & ad Epilepsiam ac Apoplexiam pronis
conveniunt, eaque propter fortè apud Romanos
cibos funebres numerabantur, & Judæi luctus
ore iisdem pro cibis utuntur. Atque hæc Græ-
m de leguminis hujus qualitatibus sententia est,
Arabes contrarias planè assignarunt, utrosque ta-
ita conciliat *Zacutus*, ut de primo lentium jure il-
a opinionem concedat, hocque ipsum alvum præ-
turbet laxetque, sputum provocet, pectus mun-
t, atque in pleuritide biliosa, etiam cum aceto præ-
am prosit, secundum verò & tertium jus, quando
e priore jusculo abjecto alia aqua affunditur, &
longius protrahitur, ipsaque quasi lentium sub-
a exhauritur, alvum obstruat ac sistat, sanguinem
resque incrasset, adeoque in febribus ardentibus,
mis, variolis, morbillisque ad compescendum san-
s humorumque fervorem & malignitatem retun-
um maximè aptum sit, quicquid etiam contra ni-
Septalius. Præstant vero lentes, quæ facillimè
ntur, & dum macerantur non multum nigri re-
nt.

Julius Alexandrinus *Misc. Dec.* 3. *Ann.* 3 *obs.* 64
Plutarchus *in Vit. Crass*
Histor. princ l. 2 *qu.* 21.
Febrius *de Scherzon.* p. 86
l. 5 *Animadv* § 59

. *Lupini*, substantiæ durioris sunt ac terrestris,
quoque concoctu difficiliores sunt, & crassum
m sanguinemque suppeditant. Intestina tamen
borant, siccando superfluos humores, & alimen-
olidum suppeditando, eoque modo alvum sistunt,
bene conficiantur. Hoc autem non ita fieri in-
anxietas & rubor faciei, qui à tali cibo subito ex-
. Propter amaritiem, qua pollent, simul ape-
, abstergentque, unde & contra lumbricos & vi-
n obstructiones mensiumque prosunt. Macera-
autem in aqua calida amaritiem deponunt, gu-
e grati redduntur. Sativi in Italia edulcorantur,

Matthiolus *Comm.* l. 2. c. 103
Hoffmannus l 2 *de Med. offic.* c. 135

& cum sale eduntur. Ut citius digerantur exemplo veterum ex oxygaro comesse oportet, aut cum sale attenuandi. Cibus autem quondam fuit Philosophis maximè familiaris, imprimis cynicis, qui eosdem in pera semper secum gestabant. *Virgilius* tristes vocat, vel ob amaritiem ipsam, vel quod comesti tristes reddant. Inter legumina autem minima eosdem male habere *Hippocrates* autor est.

l. 1 Georg. v. 75

l. 4 Vict. rat. §. 55

VI. *Phaseoli*, Ventriculum quoque flatulentia sua turbant, ac insomnia terrifica pariunt, uti lentes, ad venerem tamen conducunt & semen augent, imprimis ubi pipere galanga & saccharo consperguntur, aut lacte ad disruptionem usque coquuntur. Flatulentia ipsorum corrigitur, si cum sinapi aut carvi semine sumantur. Quibusdam in locis immaturi aceto, sale ac oleo conduntur, gulæ potius quam alimenti gratia.

Matthiolus *Comm. l. 2 c. 101*

Horstius *l. d. studios. sanit. p. 44*

VII. *Pisa*, duorum maxime generum sunt, alterum majus, alterum minus, quod tamen in cibis non æque gratum est; Substantiâ à fabis parum differunt, melius tamen, quamvis non adeo copiosum alimentum suppeditant ac illæ, nec etiam ita flatulenta sunt, nec abstergendi vi prædita, aut facilè per alvum secedentia, unde & jus illorum iis, qui purgans medicamentum sumpserunt, & puerperis non adeo convenit, ceu quidem communis consuetudo fert. Flatulentia verò ista magis à cortice dependet, pisa autem cortice spoliata actioni purgatoriæ conferunt juxta *Salernitanos*

c. 33

Est inflativum cum pellibus atque nocivum,
Pellibus ablatis sunt bona pisa satis,

Voglero contrarium videtur, vimque alvum movendi cortici imprimis adscribit, quæ duæ tamen opiniones si rectè explicentur non ita sibi invicem contrariantur. Pisa viridia aliquid adhuc humiditatis obtinent, & flatulentiora existunt, ac decocta illorum alvum quoque laxant,

Comm. c. 11

rant, substantia verò crudiorem succum suppeditat. Cæterum pisa exsiccata probe coquenda, & pipere condienda, ita enim flatulentia corrigitur. Quæ coctione indurescunt pejoris notæ sunt. Pisa vero addito sub coctura sale dura manere, nec ulla coctione mollescere, etiamsi ut ita loquar, per triduum coquantur, quorundam experientia est. Cavendum à pisis exesis, ac insecta interdum araneiformia continentibus, quæ cum anno 1692 in Hannonia vitio aëris corrupti copiosa exissent, febribusque malignis ansam dedissent, publico Magistratus edicto ex eduliorum classe tum proscripta sunt. Post aliquot pisa integra deglutita puella quædam in ingentem ventriculi dolorem, hypochondriorum angustiam incidit, cum succedente atrophia; Exhibito vomitorio pisa integra & germinando inter se involuta per vomitum rejecta sunt. Quoniam autem frigida & sicca sunt pisa ideo frigidioribus naturis non admodum conveniunt, calidioribus verò magis conducent. Qui nervorum affectibus obnoxii sunt, pisorum esu abstineant, & in genere pisorum decocta, seu juscula præ pisis ipsis salubria magis sunt. Pisa viridia frequentius comesta foetorem anhelitus efficiunt.

Bodæus *in Comm. Theophr. l. 7 c. 3*

Sommerus *in Misc. Dec. 2 An. 9 obs. 16*

CAPUT V.

De oleribus & in specie Herbis esculentis.

I.

Olera propriè denotant herbas, quæ foliis & caule esculentæ sunt, non ab olla, ceu *Varro* volebat, sed ab oleo id est cresco, dicta. Deinde quoque sub iisdem comprehenduntur germina, cymæ, radices, fructus, semina, quamvis hæc ipsa rectius sub aromatum & quidem domesticorum classem referantur, cum condimenta potius sint, quam alimenta. Cæterum olera ejus-

Vossius *l. 5 Idol. c. 12*

Voglerus *Comm. Diat.*

ejusmodi non admodum nutriunt, sed magis alterant, medicamentorum instar refrigerando, humectando, aliamve corpori temperiem inducendo, qua ipsæ qualitate excellunt. Sicca autem vix quippiam alimentarii habent, nisi per aliorum affusionem, unde & recentia in cibum veniunt, imprimis muriâ condita. *Blankbardus* aliam acetariorum methodum proponit, propter metum enim scorbuti, quem acidorum ejusmodi usus causatur, olera hæc cum recenti olivarum oleo addita pauxillo macere aut pipere præparanda suadet, quam acetariorum, ut sic loquar, non acidorum methodum observato temperamentorum in individuis respectu quoque dissuadere nequeo. Olera verò copiosius sumpta in ventriculo difficulter digeruntur, & diu inconcocta remanent, ac in genere imbecille alimentum suppeditant, vitamque brevem præstant. *Hoffmannus* oleracea ex alimentorum classe plane excludit. Calida enim in universum in bilem porraceam degenerare, quæ sanguinem inficiens multa mala in habitu corporis causetur, frigida autem in herbaceum quid mutari, quod pituitosum planè sit. Interim aliis cibis admixta, debita conditura excepta, suoque tempore & loco in moderata quantitate sumpta, vituperanda adeo non sunt, neque temere *Divus Paulus* infirmis olus commendavit, quia Veteres convalescentibus pro refectione olera in cibis dabant. Pro varietate tamen climatis olera variant, ceu in Ægypto eadem, ut & fructus illorum sunt humidiores & magis insipidi. Quod verò antediluviani homines, qui solis oleribus ac fructibus vescebantur, tam diu vitam prorogarint, ratio esse potest, quod vel melius fortiusque alimentum tunc olera suppeditârint, aut Deo sic volente ad celeriorem generis humani propagationem vita ipsis longiori opus fuerit.

Acad. Cartesian part. 2 c. 5

l. 5 Instit. c. 10

Roman. XIV. 2

Zacchias *l. 5 Quæst. p. 193*

Alpinus *l. 1 c. 10*

II. Ex

II. Ex foliis autem, quo & germina ac cymæ pertinent, sunt *Acetosa*, à subacido sapore quem planta integra exhibet, sic dicta. Inter hujus verò species, hortensis tota viridis nihilque rubens præfertur, miscetur que imprimis longifolia partim acetariis ac embammatis, partim pullis Gallinaceis aliisque carnibus, præsertim ovillæ incoquitur, aut iisdem assaturis succus expressus vino saccharoque mixtus instillatur. Refrigerat, incidit, ac simul leviter adstringit, unde & appetitum excitat, sitim sedat, bilisque acrimoniam nimiam, viditatem, facilemque exin ebullitionem temperat, phlogoses scorbuticas coërcet, viscera flaccida & laxa corroborat, ac in febribus ardentibus egregium fomen suppeditat. Præterea arenulas renum exter-r, calculumque resolvit, qui tamen acidi melancholique sunt temperamenti eidem ne adsuescat. Timæus Consil. Diat. p. 1104 Voglerus Comm. Diat. c. 13

III. *Artemisia* Germanico idiomate sic dicta quod lneum ejusdem pedes ex itinere lassorum ita confor-t, ut nihil ferè ei sit conferendum. *Rubra* verò foliis is tenellulis, antequam indurescunt, fœminis egregiũ sculum suppeditant, præsertim si butyro paretur, poris enim gratissimi sunt, nec odoris ingrati, quim etiam placentis immiscent. Uterum verò lymphâ scosâ oppletum expurgant, ac corroborant, menses roliciunt, ac præterea renes vesicam pulmonesque obstruunt exterguntque. *Artemisia alba* anseribus asndis non solùm propter gustum, sed etiam incisionis attenuationis gratia commodè includitur. Bodæus Comm. in Theophr. l. 9 c. 18 Horstius l. de studiossanit. p. 50

IV. *Asparagi*, diutius & ad tabem usque non copendi, facilè enim amarescunt ac tenerescunt, seu difunt & glutinosi sunt, quo respicit proverbium Augusti Cæsaris: Citius quam asparagi. Optimè autem centia germina seu turiones jusculis pinguioribus rnis bubulæ aut Galli incoquuntur, sumendique in

prima mensa. Cæterum moderate calidi sunt ac
midi, appetitum roborant & succum laudabilem
stant, celeriusque quam cætera olera in sanguinem
seunt ac mutantur, utpote mediæ quodammodo
ræ inter olera & carnes. Viscera insuper deobstru
urinam promovent, quam intense fœtidam redd
arenulas exterminant, pectus expurgant, suavique
re totum corpus commendant. Contra scorbutum
ter prima remedia *Blankhardo* recensentur. Cave
tamen à nimia eorundem ingestione, cum nau
moveant, ventriculumque debilitent, ceu à quibus
asparagi optimè in culina parati altero die per v
tum integri redduntur. Est enim substantia eoru
gnosior quodammodo, quæ validum ventriculum
siderat. Dein & bilem augent calculumque in dis
tis generant, quod quoque ex *Helmontii* observat
urget *Ettmullerus*, quam tamen accuratius examina
dericus Hoffmannus. Præterea mulieres reddunt
les gravidisque nocent, in viris tamen venerem
movent. Ravennates ac Veronenses asparagi ob
gnitudinem commendantur, apud veteres quoque
diebantur, ut hyeme haberi possent.

V. *Atriplex*, uliginosæ ac nimia humiditate fe
xuriantis, simulque frigidioris seu potius tepenti
turæ est, ventriculi tonum labefacit, ob lubricit
verò alvum facile solvit, adeoque hypochondriac
vum adstrictiorem & phlogoses exin patientibus
venit, humectat enim & refrigerat. In acetarium
dit jusculisque additur, quamvis si absque oleo
aliisque assumatur insipidum sit. Coctio quoque
tata sæpius aqua repetenda. Alimentum verò m
commodum suppeditat, quidam & lentigines pap
que ex eodem gigni arbitrantur. Apud Insubres
colæ placentas ex eodem cum caseo butyro & ovis
rant.

Matthiolus *com. l. 2 c. 118*
Acad. Cartes. part. 2 c. 5
Hoffmannus *l. 5 Instit. c. 12 & l. 2 de Offcin. c. 26*
Colleg. in Schröd. Op. Tom. 1 p. 520
Clevi in Schröd p. 415
Paullini *in Misc. Dec. 2 Ann. 5 App. p. 67*
Bodæus *in Theophr. l. 6 c. 3.*
Plinius *l. 20 c. 20*
Matthiolus *Comm. l. 2 c. 112*

I. *Basilicum*, quibusdam ocimum, propter odorem
nè culinaria est, ac senibus aliisque vertiginosis
orandum proficua. An autem ab odoratu ejus- Hollerius *l.* 1
ssiduo in cerebro scorpiones nasci queant, prout *morb. Int. p.* 3
uidam aliquando contigit, aut ex herba ipsa in-
os lapides calefactos contrita, & ad solem posita
oriantur, quod *Höferus* Pharmacopœi cujusdam *Herc. l. 2 p.* 133
entiâ confirmat, curiose disquirit Illustris *VVede-*
negativè concludit; Fortè autem per generatio- *Misc. C. G. Dec.* 1 *Ann.* 3
nivocam, & in Italia propter climatis rationem *Obs.* 79
s accidit.

I. *Beta*, duplex est, alba, & nigra, quæ melioris
communiter brassicæ viridi additur pro sapore
iando; Veteres eandem cum pipere ac vino cor-
int, juxta illud *Martialis*, quo simul betæ edulium *l.* 13 *dist.* 13
ninat:

sapiant fatuæ fabrorum prandia betæ,
quam sæpe petet, vina piperque coquus.

s autem ac leviter bullita ex aceto sumitur. Sto-
o non admodum conducit, quin eidem nocet si
s sumatur, & ob nitrositatem suam præsertim
s natura sensilior est, mordicat, languidiori tamen
culo ex pituitæ copia, cum porro & sinapi exhi-
nodest. Lienis etiam, hepatisque obstructiones Zacutus *l.* 2
, alvum blande laxat, abstergitque propter ni- *hist. princ.*
tem, inprimis decoctum albæ, quæ majori acri-
e pollet. Cum verò fabris adstrictio alvi familia- Rammazzinus *de morb.*
, inter eorundem edulia *Martialis* retulit. *Artif. p.* 62

II. *Borrago*, eique affinis *Buglossa*, ceu cujus species
in officinarum borrago est, temperatæ substantiæ
bonumque nutrimentum præbent, cor imprimis
ant, recreantque, ac melancholicis passionibus
unt; Sumitur autem herba cum caule in jure capo-
allinarum, aliarumve carnium elixa; Flores verò

Hoffmannus *l. 2 med. offic. c. 42* cærulei non tam ornatus gratia, quam maximo hypochondriorum ſolatio acetariis miſcentur, quibus etiam teneriora folia inſperguntur.

IX. *Braſsica*, apud Germanos κατ' ἐξοχὴν oleris nomen obtinet, variique generis eſt, ſubſtantiæ verò durioris, calidique ac ſicci temperamenti. In uſum ante Schulzius *in Misc. Dec. 1 Ann. 3 obs. 38* non vocanda, quam circa hyemem pruinâ tenerior reddita fuerit, unde & æſtiva braſſica pejoris ſucci eſt. Noxio rore infecta, qualis Auguſto interdum menſe exiſtit, veneni inſtar eſt, ac lethales non rarò dyſenterias inducit. In coctione verò jure carnium pinguiori vel butyro addito quam optimè corrigenda. Vulgus pinguedine porcina vel anſerina id præſtat, ſed non admodum commodè propter flatulentiam, unde & braſſica ita præparata tenerioribus ventriculis non convenit. Cæterum alvum laxat imprimis cum jure gallinarum leviter decocta, *Celſus* ſubcrudam vocat, cum verò diu Voglerus *Comm. c. 13 c. 57* coquitur, vel plus vice ſimplici ignem experitur, alvum potius remoratur ac obſtruit, quo illud *Salernitanum* pertinet:

Jus caulis ſolvit, cujus ſubſtantia ſtringit.

Præterea propter vim abſterſoriam (quæ ratione nitroſitatis tanta eſt, ut vaſis quoque in quibus aquæ fervere ſolent incocta, ab iiſdem cruſtas auferat) hypochondriacis, calculo renum laborantibus, quin & tabidis prodeſt, vulneraria enim ſimul eſt. Concionatoribus quibusdam & Cantoribus in uſu, pro raucedine nimiam loquelam inſequente emendanda, ac voce conſervanda, Hoffmannus *l. 5 Inst. c. 12* decoctum ejusdem cum paſſulis frequenter haurire. Bauhinus *Histor. plant. Tom. 2 p. 823* Etiam podagricis crebrior eſus commendatur. Ægyptii Langius *Ep. 30* quondam in cœnis ante omnem cibum braſſicam elixam comedebant, ad arcendam ſcilicet ebrietatem; Forestus *l. 9 Obs. 28* certè tantùm fertur braſſicæ cum vino diſſidium, ut vites juxta conſitæ non coaleſcant, aut vinum ipſum pro-

venit

eniat dilutius. Experimenti veritatem confirmant *Gravolus* ac *Bodæus*, cujus rationem quidem pluribus *l. de Literat*
t *Aristotele* evolvere conatus *Vossius*, genuina tamen *Valet. p. 167*
idetur, quod ceu modo dictum, propter nitrositatem *Com. in Theo-*
vum stimulet brassica, eoque simul, quicquid ex vi- *phr. l. 7 p. 774*
capiti grave futurum erat, derivet. A quibusdam
terum pro Medicina universali planè habita est, ac *Plinius l. 20*
omani per sexcentum annos solâ brassicâ ad omnes *c. 9*
orbos usi. Etiam Medicina magna *Catonis* audit, qui
sudem beneficio familiam suam à lue pestilenti im-
unem servavit. Sanguinem tamen acrem, fæculen-
m ac scorbuticum reddit crebrior usus, ac simul fla-
lenta ob humiditatem est. Hinc etiam caput & vi-
m turbat, iisque proin, qui ad vertiginem inclinant
xia, insomnia quoque turbulenta parit, fœtorem oris
ducit, ceu quoque brassica putrescens gravissimum
torem emittit. Capitata autem omnium pejor, ut-
te humidissima, digestionis longè difficilioris ac fla-
lenta, eaque propter non nisi iis, qui multis laboribus
ercentur, conveniens, quamvis parum alimenti & id
sum quidem pravum suppeditet, caulis tamen capi-
latus bene conditus coctusque cum pinguibus carni-
s, suillis, latrantem stomachum egregiè in assuetis
mpescit, & muriâ suâ imprimis acidâ eundem æstu-
tem afficit, appetitum excitat, sitim sedat. Cauli-
ra præ reliquis temperatior ac in deliciis est, & cum
baudicâ laudes bonæ brassicæ sibi maximè vendicat.

X. *Chærefolium* meritò inter olera præcipuum lo-
m obtinet, moderatè calidum, odoris grati, saporis
lceris & gustu aromaticum. Folia ejus minutim in-
[illegible], jusculisque carnium aliisve oleribus, lactu-
imprimis adduntur, quæ gratiora reddit. Partim
oque cruda in acetariis sumuntur, partim cum beta
isve oleribus coquuntur. Comeditur etiam cum

M pane

alligatam fuisse, quod Mons Calvariæ ossibus ac immunditie repletus extitisset.

XV. *Lactuca* notissima mensis est, frigidaque & humida, ac inter olera refrigerantia principem locum obtinet; Ventriculum æstuosum ac bile abundantem, nec non hepar ac renes calidiores egregiè temperat, acrimoniam sanguinis ac effervescentiam corrigit, dolorem capitis demulcet & lac auget. Quidam veterum multum sanguinem à lactuca generari statuerunt, quod ipsum temperatæ ejusdem aqueæ humiditati adscribendum videtur, quâ scilicet chyli in ventriculo calidiore elaborati partes acriores diluit, adeoque ut in laudabilem multumque sanguinem convertatur efficit, quamvis in se paucissimas nutritivas particulas lactuca contineat. Quod tamen de moderato usu intelligendum, revera enim qui eandem diutius usurpârit, sanguinem frigidum & aquosum generabit, ac etiamsi calidioris ac bilosi temperamenti extiterit, cachecticus tamen evadet. Præterea in ficcioribus præsertim constitutionibus alvum emollit, unde & *Martiali*, venter lactuca movendo utilis audit, ac proin hypochondriacis scorbuticisque, quibus diuturnior alvi adstrictio non pauca symptomata inducit, maximo levamini est, præsertim si ex *Simonis Pauli* consilio coctâ illâ & non crudâ sæpius vescantur. Egregio id exemplo hypochondriaci cujusdam confirmatur, qui malo ejusmodi à longo tempore affectus cum insigni ventriculi imbecillitate, anxietate à cibo, respirandi difficultate, aurium tinnitu ac flatibus copiosis in ructus erumpentibus; frequenti demum lactucæ tam in prandio quàm cœnâ usu sanatus est. Ejusdem constitutionis & Augustus Imperator fuisse videtur, qui ex consilio Archiatri sui *Antonii Musæ*, lactucæ esu cum successu usus, quâ vesci ante illa tempora religio erat, Imperatore verò feliciter restituto

Schrökkius Schol. ad Misc. Dec. 3 Ann. 2 Obs. 34

Hoffmannus l. 5 Inst. med. c. 10

Lanzonus in Misc. l. c.

Plinius l. 19. c. 8

ominem subitò interficiat, quamvis folia ma-
ia, quàm pro succo quatuor cochlearium ex- Timæus Consil. Diat. p. 1105
o opus est, comesta damnum nullum afferant,
n hæc diutius in ventriculo detinentur, succus
pressus citiùs sanguini misceatur. & genus ner-
rigore suo ac narcosi lædat. Uti autem *Gale-*
lio climate vixit, ita non immeritò dubites, an
a nostrate effectus ejusmodi exspectandus sit.
verò plerumque cruda in acetariis, cum oleo
ceto, ad corrigendam quoque nimiam ejusdem
tem, chærefolium, nasturtium ac dracunculus
s adduntur, qua in re temperamentum cujus-
ac ventriculi constitutio respicienda, quibus
frigidior contigit, iis potius cocta exhibenda.
ur lactuca, quæ capite prægrandis candida ac
la, virescens autem ac subfusca amarescit, &
s lactuca, quamvis sativa, noxâ suâ non caret,
qualitate succo lactis sylvestris lactucæ simili im-
Quibus per naturam visus imbecillior contigit,
piam metuitur, ut & phlegmatici asthma-
ab esu lactucæ abstineant, æque ac quibus res
cordique est, namque virilitatem & coeun- Zacchias

tem copiosiùs concedenda, qui cœlibatui ex voto ad
Lemnius l.2 occ. Nat. c. 42 cti, quique in matrimonio nimis pruriunt, ne scili
ex immodica venere planè siccescant, aut umbrat
evadant.

XVI. *Lupulus* primis suis germinibus seu turio
bus in acetaria cedit, non ingrati saporis. Leviter l
licet coquuntur, cumque aceto oleo & pipere con
duntur, alvum laxant, visceraque imprimis hepar ac
nem deobstruunt, sanguinem depurant, & à scabie al
que cutis impuritatibus præservant, ut adeo lupulus r
tam inter oblectamenta, quod *Plinius* volebat, quam
bos ipsos recipiendus sit. Vulgus prima sambuci g
mina seu gemmas turionibus lupuli addit, ad pror
vendam perfectam ut loquuntur, purgationem, quod
men interdum periculo non caret, & choleras sæpe
riculosissimas cum deliquiis animi, sincerique sangui
effluxu inducit.

XVII. *Majorana*, planta odoris gratissimi, ac v
aroma nostras. Cibis pro gratia concilianda addi
stomachum ac caput confortat, magnique effectus in
tarrhis, vertigine, apoplexia ac paralysi existit, lymph
enim viscosam attenuat, pectoris infarctus resolvit
anhelosis confert, odoratuiq; conducit. Præterea fla
lentiam dissipat, urinam ac menses promovet, & frig
Bodæus Com. in Theophr. l. 6 p. 689 uteri vitia emendat, imprimisque hydropicis conf
Vino addita gratius illud reddit, ac ne cerebrum ni
afficiat, impedit.

XVIII. *Mentha* crispa, culinaria quoque est, at
propter amarorem quendam aromaticum ventric
insigniter grata, unde & in cruditatibus ejusdem
dis, flatulentis, intestinorum torminibus, ac chol
Grataroius l. de Liter. Valet. p. 165 egregiè conducit. Viscera etiam corroborat, & f
vasa spermatica, unde & semen crassum ac prolific
reddit, & quia simul siccat, in profluvio ejusdem

sanguinem crassum ac viscidum egregie inci-
ttenuat, asthmaticisque confert, ac imprimis
ali lumbricis resistit. Lienem quoque ac renes
zit, urinam movet ac venerem stimulat, secus ac
pinatus est. Excusat verò eundem *Bodæus*, quod
um immodicè sumptum venerem cohibeat;
nimiam spirituum agitationem & dissipatio-
iride verò & recens nasturtium, propter humo-
hunc conjunctum genituram augeat; Imprimis
um corrigit, inque morbis chronicis & febri-
ermittentibus mucilagines crassas tollit, ac seu
entem seu quoque depravatam sanguinis fer-
onem excitat augetque. In qualitatibus autem
chlearia convenit, adeoque eâdem cautelâ assu-
: Sanguinem etiam grumescentem resolvit;
a animum exacuit, unde stupidos ignavos ac
, ad nasturtium comedendum adagium adhor-
Frequenti quondam in usu Persis erat, apud
pheres nullo alio obsonio utebantur, quàm na-
, si venatio aliud fortè suppeditaret. Præ-
m eodem non tantùm superfluitates, ut-
sturtium propter insignem calefaciendi &
im accedente præfertim frugalitate ejus-

Bierliingius *Thes. pract. p.* 507 *l.* 20 *c.* 13

Comm. in Theophr. l. 7

Erasmus *Chiliad.* 1 *cent.* 8

Xenophon *l.* 1 *Cyrop. p.* 6

XX. *Petroselinum* seu *Apium veterum*, calidum qu
ac siccum est, unde & aperit, viscerumque obstru
nes, renum imprimis ac uteri tollit, urinamque ac
uulas pellit & menses movet. In illis tamen, in q
quædam quasi cruditatum saburra in mesenterio
hepar meatusque urinarios præsumitur, calcul
alias obnoxii sunt, multus ejusdem usus prohiber
cum dictos humores movendo, atque ad meatus
narios deducendo, obstructiones in iisdem prod
ac augere valeat. Præterea visui officit, capitiqu
cet, an verò epilepsiam producat, eaque propter
ejusdem gravidis puerperis lactantibusque inhiber
inter Autores disputatur. Negant id ipsum *Vegle*
Thomasius. Sed experientia & tot aliorum Autoru
stimonia contrarium affirmant, nec rationes obstan
minus frequentior esus in dispositis, ac ad Epilep
jam inclinantibus, iisque qui cerebrum debile & r
mum habent, eandem accelerare possit, cum pa
odore suo nervos acriter vellicet, spiritusque ani
ad assuetos jam & tumultuarios suos motus con
vos irritet, partim ventriculum crudo succo on
flatus generet, ructus & singultum excitet, qui cu
vera convulsionum quædam species sit, non mir
in dispositis assuetisque motus ejusmodi convulsi
trociores excitentur. Quod verò *Plinius* ex men
liorum, mares fœminasque à comestione ejusdem
lescere referat, id ipsum falsum esse, vel Belgarum
tim proverbium edocet. *Peterfilien helpet de Man*
paerds, de Vrowen onder de Aerds. Lactantibus tamen
permittendum, cum lac cohibeat fortè propter
ducendi urinam. Cum verò sit herba quotidiani
inque condimentis peculiarem gratiam habeat, ut
Pliniano ævo omnibus juribus innatârit, cicutæ
haut absimilis existat, probè cavendum, ne in c

Comment. Diat. c 13 Miscell. Dec. 3 Ann. 3 obs. 192 Horstius *l. de studios. san. p. 50*

Wurffbainius *Schol. ad Misc. Dec. 3 Ann. 2 obs. 64*

l. 20 c. 11

Bodæus *com. in Theophr. l. 7 p. 803*

hondriacas scorbuticasque & dysenteriam pro-
sunt, proficua. Prodest & phthisicis, hecticis,
nem spuentibus, mensium quoque profluvium
enerisque insomnia, ac venerem ipsam cohibet.
n acetariis sumuntur & scorbuticis acribus coch-
nasturtio adduntur, cauliculi verò condiuntur
aceto. Quibusdam in locis plantam integram
, in sole siccant, & ad cibos hyemales reservant.
XII. *Rosmarinus* propter calorem & siccitatem
e digerit, attenuat, resolvit, spiritus animales re-
deque caput, genus nervosum, pectus, ventricu-
eramque corroborat, unde epilepticis, paraly-
difficulter spirantibus, raucedine diuturnâ,
e affectibus chronicis laborantibus ac arthriticis
. Vomitus ciborum ac coeliacam passionem si-
enses movet, fluorem album emendat, & con-
tem adjuvat. Præterea visum acuit, si flores
a unà cum foliis circumstantibus jejunus quis-
tom tempore quo floret, cum pane & sale quoti- Matthiolus *Com. ad Diosc l. 3 c. 73*
mat; mansum oris halitum emendat, & quoad
, ceu quoque salvia, quæ cum rore marino ferè
nit. exoticis aromatibus commodè substituitur.
. *Ruta*, quamvis culinis non serviat, propter

suis commendaret, ideo hoc loco non negligenda
lida verò admodum est, partiumque tenuium ac
tilium, incidit, resolvit, siccat, epilepsiam coërce
in morbo mirabile ac maximum medicamentun
dem vocat *Trallianus*, apud quem & epilepsiæ soli
L. 1 c. 15 tæ odore curatæ exemplum occurrit. Præterea
ctorat & respirationem facilitat, flatus digerit
dropicis confert. Urinam quoque & menses m
secundinam ac fœtum mortuum educit. Veteres
sale conditam in annum servabant, ut claros sibi
pararent oculos,

Nobilis est ruta, quia lumina gignit acuta,

Schol. Salernit. c. 61 unde quoque pictores esu foliorum rutæ visum sib
servare solent In viris veneris appetitum cohib
mulieribus verò auget. Cum enim flatus disc
Villanovanus Comm. in h. l. & sic quoque semen virile quasi resiccet, appet
quoque veneris in viris cohibet, in mulieribus a
quoniam frigidum ac humidum uterum calefaci
catque, eas ad venerem magis incitat aptasque re
Commendatur etiam vulgi opinione adversus Da
nes, fascinationes, insomnia terrifica, nocturnos t
res & phantasmata, quia, ceu dictum, flatus absun
siccat, seminisque redundantiam exstinguit, pler
enim eorum, quæ in dæmones vulgus refert, ex c
Vallesius Philos. sacr. c. 86 causis oriuntur.

XXIV. *Salvia* cum roremarino qualitatibus
convenit, quæ exin repetendæ. Inservit autem m
mè pro condimento, in assatione sive coctura anse
ac porcellorum, qui eadem farciuntur, ut pinguio
ipsorum humiditatem attenuet & resolvat, ac odor
poreque suo imbuat, post assationem verò salvia
cienda. Præterea & contra venenata valet, juxta
tum illud *Salernitanorum*

c. 20 Salvia cum rutâ faciunt tibi pocula tuta.

...s hæc abluenda, quam in vinum transatur. Mer-
s duo aliquando in hoſpitii hortum dum paraba-
ndium, deambulandi cauſa divertentes, folia ſal-
gunt, eaque illota, ut lecta fuerant, in vinum
immergunt. Nondum pranſi erant cum illis re-
i vertigine prehenſis totum diverſorium ſusque
verti viſum eſt, ac occæcati in ſyncopem lapſi
bortis per intervalla convulſionibus interruptam.
um labris linguâque nigricantibus balbutiebant,
torvo ac horrido, cum effreni vomitu, ſudore
, mortis quæ mox illis in altum tumorem toto
e ſublatis, contigit prænuncio. Vitanda verò
ia maximè, quæ cœmiteria incolit, cum loca
daverum corruptioni dicata, generationi bufo-
rpentumque quàm maximè obnoxia ſint. Vi-
ejusmodi pinnas quoque foliorum carbunculas
penitusque retorrida eſt, ſicca ac emaciata.
utem in hortis pro majori ſecuritate ruta prope
ntari, utpote quæ venenata ejusmodi procul

Paræus *l.* 10 *Chir, c.* 24.

Hoffmannus *Clav. Schrö-der.*

XXV. *Serpillum.* Calefacit, attenuat, aperit, dige-
condimenti loco cum juſculis aliisque cibis mi-
ut concoctionem adjuvet, convenitque impri-
ui difficulter ſpirant, & defluxionibus catarrha-
lympha acida obnoxii ſunt; Urinam quoque

XXVI. *Spinachia*, humectat refrigerat, pecto: lidiori, gutturis asperitati, ac tussi calidæ conduc acres in præcordiis stagnantes succos, quin & sa nis æstum ac phlogoses temperat, jusculum verò alvum solvit absque irritatione, unde hypochon çis maximè confert; Paucum aliàs alimentum st ditat, ac flatulenta est nauseamque movet, nisi pa butyro pipere zinzibere ac sale corrigatur. Quo in decoctione multum humoris emittit, absque
l. 23. hist. plant. c. 3 decoquitur; *Bauhinus* spinachiam inter omnia culi olera gratissimam ac laudatissimam vocat, quæqu bum in omni ægritudine pene suppeditet; Mod tem in pultem redigitur, modo inter cruda acetari cipitur, salubriorque est, quam atriplex.

XXVII. *Thymus* cibos sapidos efficit, calefacit de siccat & incidit, unde Ventriculo pectorique ducit, Præterea & flatus discutit, visum converta Epilepticis melancholicisque confert. Egregio e sale volatili abundat, ut vel ex odore aromatico c
Zacchias Quæst. l. 3. p. 276 gere licet. Urinam quoque & menses provocat, thriticis conducit, veneremque in viris exstinguit mulieribus accendit. Eligendus autem thymus f purpureo aut albo, niger rejiciendus, quem quo s
Comm. ad Throphr. l. 6 p. 567 botanici appellent, cum flos ejusmodi non detur ribus explicat *Bodæus*.

CAPUT IV.

De Radicibus esculentis.

I.

DE radicibus in genere notandum, quoniam terra latent, nec ventis perflantur (quod enim ex citium in animalibus, illud in vegetabilibus venti). transpirant, utpote aëris ac luminis solaris expert hinc quoque humiditate excrementitia scatent, diffic

,effusâ ſcilicet primâ aquâ minor eſt, incidit, , aſthmaticis, raucedine affectis, tuſſibus inve- c calculoſis prodeſt, urinam enim movet. Præ- mes necat, flatus colicamque & hyſtericam paſ- diſcutit, cum oleo olivarum acetarii inſtar pa- Hippocrates l. 4 Diat.

Aquarum craſſarum ac turbidarum etiam em corrigit, eaque propter Hungariæ incolis entiſſimo uſu, ac navigantes eodem contra ſen- torem, cibos corruptos nauſeamque marinam utuntur. Zacutus Hiſtor. princ. 95 Borellus Cent. 4. obſ. 92 Corpus quoque ad frigora toleran- borat, ac tempore hyberno iter facientibus ëris occurrentis injurias prodeſt; Quantùm lori nativo reſtaurando ac roborando conferat, m ſenis cujusdam nive aliquando pene exſtin- llio refocillari docet. Zacutus l. 2 prox. admir. Obſ. 12 Nautis quoque ad robur gando conciliandum in frequentiſſimo uſu. i cibis allio confixis cum fructu utuntur, iisq; Heerius Obſ. 12 ralius potaturi ſunt, aut jam ebrii exiſtunt, al- b *Hippocrate* commendatur, cujus ratio ſine dubio uſdem diureticâ latet. l. 4. Diat. Heurnius Comm. ad h. l. Conducit quoque ad vi- s ſerpentum ac viperarum ictus, & rabioſorum , ac cum cerevisia antiqua potum hoc in caſu n in Suecia medicina domeſtica eſt. Olaus Magnus l. 21 Hiſtor. Sept. c 30 *Galeno* um Theriaca audit, ceu quoque non niſi pro

sos humores colligunt, & corporis habitu plerumque sunt robusto ac valido, & ob perpetuum corporis motum cruditates facilè digerunt. Quibus verò sanguis tenuior est facileque inflammatur, ac biliosi existunt, simulque ad phthisin proclives sunt, ab eodem sibi caveant, præterea & sitim, sodam, pandiculationes seu inflationes causatur, flatusque & fervores circa thoracem procreat. Propter acredinem quoque suam, quam sero sanguinis communicat, loca urinaria excoriat, mictumque sanguinis producit. Caput præterea sensusque omnes turbat, oculos afficit hebetatque, soporem ac somnia turbulenta parit. Observatum quoque epilepticis ab odore ejusdem paroxysmos recurrisse. Arnolphus Imperator ex creberrimo allii usu tantâ pediculorum multitudine corripiebatur, ut nullâ ope medicâ curari potuerit. Summam corporis cutem ulcerare jam apud *Dioscoridem* occurrit. Fœtor allii, qualis in Judæis ac Turcis frequens, Zedoariæ aut fabæ crudæ desuper esu tollitur. Veteres ex allio & oliva nigra intritum parabant, myttoton dictũ quod hydropicis cum fructu dabant, ceu solo allio comesto hydrops non semel curatus, ejusdem verò cum vino generoso usu quartana quoque mediâ hyeme fugata est.

Hippocrates *l. 4 Diat.* Forestus *l. 24 Obs. 12* Heerius *obs. 1 p. 39* Dmerbrokius *l. 2 pest. c. 10* Cranzius *Saxon. l. 3 c. 3* *l. 2 c. 146* Forestus *l. 19 obs. 27* Dolæus *Encycl. med. l. 3 c. 9*

III. *Beta rubra*, *Carota*, quibusdam ad pastinacas referuntur, mistum genus ex beta & pastinaca vult *Hoffmannus*, perperam autem rapi speciem constituit *Fuchsius*. Tessulatim inciditur, acetoque conditur, addito carvi semine aliisque. Saporis non ingrati est, appetitum excitat ac senes purgat, difficilioris tamen digestionis est, flatus excitans, ac alvum simul constipans.

Rammazinus *de morb. Artif. p. 290* *l. 5 Instit. c. 11*

IV. *Cæpa* differunt ratione locorum, figuræ, saporis. Neque enim in omnibus locis ita acres deprehenduntur, uti de Cajetanis ac Hetruscis, *Matthiolus* observat, Hispanicæ quoque magnæ & dulces sunt. Quam vi-

; autem nutrimenti nihil ſuppeditent, calefaciunt ta-
:n valde pituitamque lentam ac viſcoſam incidunt at-
uant, acidam corrigunt, phlegmaticisque non adeo
læ ſunt, appetitum excitant, aſthmaticis ac tuſſien-
us conferunt, alvumque ſolvunt, urinam movent,
ue febre quartana, hydrope & calculo proſunt. Fla-
: quoque diſcutiunt, lumbricos necant, venerem ſti-
lant, ſemenque augent. Operarii mane cœpam Bauhinus
dam cum ſale & pane adverſus aërem infectum edunt l. 19. Hiſtor.
uidem experientia conſtat, adverſus intemperiem plant p. 550
:is nihil efficacius exiſtere. *Sotion*, antiquus Autor,
egram valetudinem iis pollicetur, qui ſingulis die-
s cœpas teneriores ſelectas jejuni cum melle come-
int. Alius pulchrum corpori colorem conciliare ſta- Plinius l. 20.
:, cujus ratio fortè in eo latet, quod ſtomacho crudis c. 5.
ſſisque ac pituitoſis ſuccis referto conducant, & hoc Schola Sa-
do faciei colorem quoque emendent, qui certè flori- lern. c. 52
; ac vividus eſſe non poterat, quamdiu ſtomachus
moribus ejusmodi ſcatebat. Minus acres evadunt
pæ, ſi cum carnibus coquantur, quas etiam ſapidio-
reddunt, acredo autem augetur ſi ſub cineribus tor-
tur. Salubriter comeduntur cum piſcibus craſſi Voſsius l. 5
ci, cum leguminibus, fabis, aliisque cibis flatulen- Idol. c. 12
Maturitatis in cœpis indicium eſt, cum ſuſtinere
non poſſunt, nec amplius augentur. Quibus autem
uitas ſanguinis aut cholericum temperamentum ca-
sve debilitas naturalis, aut ad phthiſin proclivitas
ab *eſu* earum abſtineant, namque ſanguinem hu-
resque accendunt, ſitim movent, choleram excitant,
itis dolores pariunt, inſomnia gravia cauſantur, imo
ionem lædunt; Præterea ruborem faciei inducunt,
lis dentes ac gingivas afficiunt, ſalivam movent,
o ut ſi quis hæc attenderit, cœpam viſu bonam eſu
umq; malam rectè cum *Hippocrate* pronunciet. Li-
atis autem imprimis vitandæ ſunt. V. Ci-

V. *Cichorium* acrimoniam sanguinis ac lymphæ bilisque temperat, refrigerat, aperit, absterget, ventriculo æstuanti, phlogosi hypochondriorum, nec non calidioribus viscerum obstructionibus prodest. Multus in eodem laudando *Panarollus* est, asseritque plurimos simplici cichorio sylvestri sanatos, quibus tota pharmacopœa nil quicquam auxilii attulerat. Radices autem primo parum in aqua coquuntur, quæ dein effunditur, atque oleo sale vinique aceto parantur, cum passulis majoribus paratæ egregium ictericis in cœna suppeditant acetarium.

Pentec. 3 obs. 47

VI. *Mala terra* ad tubera & bulbos pertinent, ac humiditate nimia scatent, eaque propter flatulenta valde existunt, semen augent ac venerem stimulant, unde jocus *Martialis* in senem maritum.

Cum sit anus conjux, cum sint tibi mortua membra,
Nil aliud bulbis, quam satur esse potes.

Quibus verò caput debilius, & ad apoplexiam vertiginemque procliviores sunt, vitanda.

VII. *Napi*, melius sapiunt, saturant & nutriunt ac rapæ, imprimis in pinguium carnium jure decocti, visum roborant, pectus deobstruunt, & propter dulcedinem asperitatem ejusdem leniunt, renes calefaciunt, calculosisque conducunt; Præterea propter flatulentiam semen augent, veneremque excitant, addito imprimis pipere. Comeduntur ex butyro, crescuntque optimè locis sabulosis, & sabulo quoque melius asservantur.

VIII. *Pastinaca sativa*, erratica enim seu Daucus nostras, medicamentosa magis. Inter calidas autem humidasque radices refertur, alba tamen crassum ac flatulentum alimentum suppeditat. Probè à radice cicutæ discernenda, quæ facilè iisdem immiscetur & non absque noxa sumitur, cum venenata sit. Lutea verò aromatic...

Wolfius obs. chir. p. 113
Bocconus obs. cur. p. 478

dica quodammodo, & gustui gratior est, coquenda multùm & quidem cum carnibus, usque dum convenientem mollitiem acquisiverit, aliàs digestionis difficiliores sunt, minus tamen rapis nutriunt, urinamque & menstrua movent, & veneri conferunt; De rubris seu carotis jam actum.

IX. *Petroselinum*; De hujus qualitatibus jam inter herbas actum, radicis autem ipsius potiorem præ herba usum quidam suadent propter similitudinem hujus cum cicuta, hoc pacto melius evitandâ. Occurrunt tamen & radicis ejusdem cum petroselini radice confusæ funesta exempla.

Matthiolus *com in Diosc. l 6 c. 11*
Roeslerus *in Dec. 1 Ann. 3 obs. 345*
Timæus *l. 7. cas. 4*

X. *Porrum*, cum allio & cœpis in qualitatibus ferè convenit eaque conditione sumendum. In Græcia multo dulcius est, quàm in his regionibus. Elixum verò non ita acre est, minusque inflat, dulcescit, si vel in coctione aqua prima effundatur, vel quoque in frigida aqua maceretur, etiam aceto conditur; Quidam post esum ejusdem lactucam portulacam endiviam & similia temperata suadent; Est verò duplex aliud capitatum, aliud sectile, cui Cæsar Nero nomen & opinionem dedit, qui vocis emendandæ gratia omnium statis mensium diebus eo ex oleo vescebatur, & quidem solo, ne pane quidem addito. Deinde quoque

Plinius *l. 19 c. 6*

Reddit fœcundas mansum persæpe puellas;
fœcunditatem enim fæminarum non solum hoc cibo augeri, sed & ne gravidæ abortiant cohiberi volunt. Tarentini porri mentio sit apud *Martialem*, quod gratem admodum odorem spirabat, & oscula seu dantibus seu accipientibus vitandum ille suadet. Cæterum in Italia tempore quadragesimali plebs porro crudo cum solo pane vesci solet, ex quo tamen non multo post pleuritides, aliæque viscerum inflammationes sæpe magnæ ac lethales quot annis subsequi dicuntur.

Schol Salern. *c. 74*
lib. 13 Epig. 18
Hoffmannus *l. 5 Inst. c. 11*

XI. *Rapum*; Calida ſunt humida ac flatulenta,
dicum alunt, carnemque humentem ac fluxam ſu
ditant. Non autem niſi cum carne pingui cocta,
in ſartagine leviter frixa comedenda, cum ante e
tionem dura ſint, ac concoctu difficilia, ſtomacho
xia ac ventrem morſu vellicent. Dolorem gravati
ſtomachi valde urentem in muliere, in puella verò p
ritidem aliquando induxerunt. Conferunt impri
in tuſſi, faucium aſperitate, pectoris difficultate à cr
lentisque humoribus bronchia pulmonum infarcie
bus, in hypochondriacis etiam ac quartanâ febre l
rantibus, in dyſuria quoque ſeu urinæ ardore ut & e
dem ac menſium ſuppreſſione. Præterea rapum
Viſum clarificat, ventrem mollit, bene bombit.
Aſſervantur autem non una ratione. Simpliſſima
vel defodere ſervareque in cella vinaria ſub arenâ,
condire integra. Sed non ſolum ita incrudeſcunt
gis, verum germina quoque emittunt, ac planè lig
fiunt. Non multo melior eſt ille modus, minutal f
re, & effuſâ aquâ ſinere ebullire inſtar braſſicæ, in ſu
riori Germania vocant *ein Rubenkraut*. Præſtat concid
in laminas, & filo transmiſſo ſuſpendere, ut areſcant.
tantum enim cibo idonea fiunt, ſed &, brodium ip
conducit in morbis, ubi humectatione opus eſt, ut qu
tanis. Ex crebriori tamen raporum eſu, aut qua
propter imbecillitatem ſtomachi non concoquunt
humores craſſi & viſcerum obſtructiones generan
A rapis quoque *Salernitani* dentibus cariem prædicu
quod duplici ratione accidere poteſt, vel enim æ
dentibus franguntur, vel quoque non debitè in vent
culo conficiuntur, unde & ipſa corrumpuntur, ac fœ
dos præterea halitus dentibus ſuggerunt, quibus de
tes maximè offenduntur. A puerperis nunquam i
punè comeduntur, quocunque etiam modo parent

M

Ridlinus *Lin. Ann.* 5 *p.* 1302

Höferus *Hercul. l.* 6 *c.* 3

Salernit. *c.* 47

Hoffmannus *l. c.*

rum tamen raporum pro solo natali discrimen est.
XII. *Raphanus* condimentum magis quàm alimen-
additurque potissimum cibis iis, qui propter diffi-
em digestionem attenuatione & incisione indigent.
us autem ac valde acris est, digestionis tamen dif-
ris, & juxta Arabum axioma, raphanus digerit &
ligeritur. Quamvis enim diu in stomacho duret, Zacutus
gna cum difficultate coquatur, suâ tamen gravi- *l. 2 hist. princ.*
aliquos cibos deprimit quasi, & ad inferiora pro- *n. 53*
Ventriculo frigidiori, ac tenaci acidaque pitui-
erto confert, utpote quam ratione salis, quo abun-
olatilis acrioris incidit, attenuat & corrigit, unde
oribus ventriculi diuturnis prodest, serotinus præ-
, qui & hyemalis quibusdam audit, in parvas con- Ridlinus
partes, & solo oleo conditus, mane & vesperi in *Lin. Ann. 4*
ductus. Insuper viscosam sanguinis cruditatem *p. 463*
t & expectorat, tussi medetur, asthmatique sicco
vulsivo, etiam in pueris unius atque alterius anni. Schrökkius
m præterea, arenas, ac calculum pellit. Delphis *in Misc. Dec.*
lam in templo Apollinis cæteris cibis adeo præ- *2 Ann. 4 Obs. 135*
tur raphanus, ut ex auro dicaretur, cum beta ex Plinius *l. 19*
o, rapum verò è plumbo venirent. Quoniam *c. 5*
acrimonia sua stomachum ita sæpe irritat, ut vo-
sequatur, hinc quoque non absque sale sumen- Ettmullerus
utpote quo sal ejus volatile, & vis emetica quasi *Colleg. in*
:; Qui cholericæ complexionis aut ad colicam bi- *Schröder.*
proni sunt, eodem abstineant, hanc enim in di-
s excitat. Insuper & crebros fœtidosque ructus Heurnius
as gignit, nisi sale quoque conspergatur, & den- *Comment in*
los ac caput afficit. Gravidis verò imprimis vi- *Hipp. aphor. 1*
, cum menses moveat, ac fœtum expellat. Opti- Bauhinus
phanus est qui longior, tenuique ac translucido *Hist. plant. l. 21 p. 849*
est, & difficulter frangitur. Raphanum autem
mensibus apponendum suadet *Lemnius*, quod sic *Occult. p. 360*

& appetitum conciliet, & ſtomacho minus officiat. cibum aſſumptum verò & in fine menſæ iis exh dum volunt, qui flatibus laborant, & alvum haben ficiliorem; Raphano quoque comeſto lacticinia v da, quod hæc inde corrumpantur. Nec etiam ſ à ſumpto raphano ſomnus capiendus, quod fœtoı exin ſuccedat. *Raphanus ruſticanus* ſeu *marinus* ſpeci ſcorbuto imprimis Tartareo reſiſtit, & menſium preſſione conducit. Cum melle ſumptus in pl quoque commendatur.

Febrius *de Scorzon. p. 20*

XIII. *Scorzonera* ſic dicta, quod ſcorzonis ſerp in Catalaunia viroſiſſimi ſeu viperæ aliorur animalium venenatis ictibus adverſetur. In culini plex eſt, altera ſimpliciter ſic dicta, altera ſylveſtri Tragopogon vulgare. Eſt autem generis cicho ac naturæ temperatæ ſapida, multaque ac dulci p redundans, imprimis ægris qui febribus petechial ſimilisque generis malignis morbis, ut & variol morbillis decumbunt in cibo commoda. Prætere ſcera deobſtruit, ac cor caputque roborat, unde & lancholicis, quique palpitatione cordis ac vertigin borant, hypochondriacisque proficua. Menſes et ac urinam promovet, adeoque ictericis ac mulier hyſtericis ſuccurrit.

XIV. *Seleri*, radix apii paluſtris eſt, & non niſi tali ſolo à reliquis hujus ſpeciei differt. In Italia e primum nomen obtinuuit, & qualitatibus vulgaris troſelini pollet, venerem tamen potentius ſtimulat, aromatici quippiam ſpirat.

XV. *Siſarum*. Tempore Tiberii Imperatoris ci Geldubam (quod caſtellum erat Rheno impoſitum, die Gelb audit, pagusque eſt juxta arcem Limen, Arc Epiſcopatus Colonienſis) præcipuè creſcebat, ei adeo in deliciis erat, ut ſingulis annis advehi ex G

ma

mraret. Quamvis autem *Galenus* ac *Plinius* eidem
itudinem quandam adscribant, saporem tamen ejus-
ratione climatis, cœli scilicet ac soli diversitatis,
nam dubium non est, qui in nostris saccharinus Matthiolus Com. in Diosc l. 3 c. 107
t. Fortè & culturâ & longo spatio amaritiem tan-
exuere. Radices autem has radicum omnium,
vescendo sunt, saluberrimas existere *Cordus* autor,
t certè stomacho conducunt, appetitum excitant,
m movent; Elixantur verò prius ac dein butyro
tellis farinâ circumlitæ fringuntur, Mulieres in Bauhinus
a radiculas has maritis suis præparant, decoquen- Histor. plant.
imum, dein butyro frigendo & piper postmodum l. 27 c. 63
ndo. Cibus est gratus ac segniores maritos ex-
s. Fortè etiam hanc ob rationem Tiberio Impe- Tacitus
i adeo expetitum fuit Sisarum, utpote cujus arca- l. 6 Ann. c. 1
edasque libidines Historici passim commemorant. Suetonius in Tib. c. 43
lenti autem quippiam obtinent, & mediocriter nu-
t; Eduntur etiam coctæ in modum acetarii, cum
, sale & oleo paratæ.

.VI. Huc quoque pertinent fungi & tubera. *Fun-*
urgentis necessitatis vel quoque luxuriantis gu-
ventum sunt, multiplexque eorum differentia à
o enucleata est. Cum verò nihil aliud sint quàm Hist. plant.
, arborum, lignorum putridorum aliarumque pu- l. 40
inum superfluæ ac halituosæ quasi humiditates,
wioso cæli statu tonitribusque frequentius nascan-
mo sæpe repente atque unica nocte erumpant, Schenkius
que minimè à calore aliquo seu interno seu quo- l 7 obs. 180. 182
ëris ambientis producantur, venenatæ quoque ac Ettmullerus
æ interdum naturæ existunt, quod & cardialgiæ colleg consult
næ, singultus suffocatio seu strangulatio, chole- cas. 6
senteriæ, convulsiones, quin & insania ipsa post Zacchias
tionem eorundem interdum existentes docent. Tom. 3 Quæst. Consil. 85
ui existunt, si ferrum in quo sit rubigo aut pannus Hildanus cent. 4 obs. 34

Dioscorides l. 4 c. 78 tabefactus eosdem tetigerit, aut si juxta serpentis bunisque cavernam, aut arbores fructus noxios ferenquales sunt pinus & cupressus, erumpant. Tales aucultello dissecti dilutum ruborem suppeditant, adspeinsuper est rancidus, color intus lividus, stria rimpallidum per ambitum labrum, postremoque accedte nigredine putrescunt, aut si coquantur indurescTutius sumuntur qui candidi sunt, dein pratenses, qmeliori terræ succo constent, unde *Horatius*:

pratensibus optima fungis
Natura est, aliis malè creditur.

talesque sunt, quos *champignons* vocant. Denique in arborum caudicibus ad quercus & castaneas nasctur, quales Laciniæ dicuntur, & magnitudine spebiles sunt. Cum verò fungi omnes frigidi humidi sint, sanguinem quoque aquosum generant, & ad palysin, apoplexiam, respirationis difficultatem affecque arthriticos disponunt. Imprimis membranullis, antequam in cibum veniant, detrahendæ, propbufones qui iisdem insidere solent, unde etiam Saxobus *Poggenstühle* audiunt. Dein aceto macerandi, quviscositatem post esum eorundem in corpore existMatthiolus Com. in Diosc. l. c. tem attenuat. Denique non in copia ingerendi, quavis enim semper per se lethiferi non sint, propter scum tamen lentum quem suppeditant, adeo obstruut etiam suffocent. Hoc ipsum ut præcaveatur in Etruria eosdem allio & pipere quasi condiunt. Tandbene coquendi, ferventer comedendi, ac vinum gerosum superbibendum.

Dioscorides l. 2 c. 139 XVII. *Tubera* sunt veluti radices rotundæ, bulbosine caule ac foliis flavescentes. Terræ autem vitiuseu callus quidam sunt, cum illa tamen non cohærePlinius l. 19 c. 2 cortice enim includuntur. Cuidam tuber mordeaccidit aliquando, ut deprehensus intus denarius p

r

entes inflecteret, ex quo apparet, *terræ* naturam
lobari. Duo autem eorum genera sunt arenosa,
entibus inimica, & sincera. Distinguuntur etiam
rufo, nigro, qualia in Apulia frequentia, intus
andido. Optima *Plinii* ævo ex Africa apporta-
t, namque sub frigidiori climate non ita existunt;
li ex Brasilia vel Canada advehuntur, quibusdam
Peruviani nomine veniunt & ad sola tuberosa per- Horstius *l.d. studios. san. p. 51*
. Hodie in Germania bonitatis ac ubertatis lau-
i vendicant, quæ in sylva quadam Hornburgensi
us Mompeligardensis proveniunt. Uti autem Bauhinus *Histor. plant. l. 40 c. 79*
sunt substantiæ, ita & alimentum crassum ac fri-
suppeditant, concoctuque difficilia sunt, ac ven-
m aggravant, frequentiusque comesta ad apople-
c paralysin disponunt, commendantur autem iis
atrophiam inclinant. Præparantur interdum
uendo primum in aqua, dein stuppis sub ci-
erventi involvendo, & ita calidè assumendo, præ-
vero eadem detracto cortice, cum jure pingui
ere sumere, vinumque superbibere, quod sem-
ecessarium est.

CAPUT VII.

De Fructibus.

I.

D fructuum commendationem imprimis pluri- Vossius *l. 5 Idolol. c. 13*
mum facit, quod Deus eosdem homini quasi in
primò determinaverit. Non enim constituit
penes macellum, vel laniarium, ubi pecora ma-
ur, sed in paradiso, ubi fructus arborum & plan-
cibum dedit. Sunt autem fructus vel herba-
fruticosi, vel arborei, de quibus omnibus in ge-
ndum, quod succo facile fermentescente, &
excrementitia turgeant, quæ cum in ven-
triculo

triculo imbecilliori non ita digerantur aut coerceat facilè propter turgeſcentiam illius ac corruptior diarrhoeas, choleras, febres intermittentes & conti malignas, inque ætate minorenni verminoſas ac biem excitant. *Galenus* ut ſalubrem vitam degere

Zacutus l. 4 hiſt. princ. anno ætatis 28. ad ſenectam uſque à fugacibus ejusi abſtinuit, & quicunque amicorum illo monente, i fecerant, à morbis immunes manſerunt. Exig certè alimentum præbent, ut vel ex hac ratione h fructus fugaces vocentur, vel quod flagrantiſſimo a tis tempore matureſcant, ac non niſi artificioſi conſervandi ratione adhibita diu incorrupti ret queant. Autumnales fructus verò oporini aud quaſi ſerotini & conſervationi idonei. Sunt tam aliæ horum differentiæ. Horæi enim vim obti humectandi, refrigerandi alvumque ſolvendi. (rini verò tardius concoquuntur, atque alvum di ſiyâ adſtringunt; Æſtivi etiam ſunt maturi mag colorem æſtivum, minus verò tales ſunt autum ob Solem declinantem & aëris inconſtantiam, qui n calidus nunc frigidus ſæpe etiam humidus ob cre imbres, unde fit ut fructibus his multum inſit hu ris ſuperflui ac crudi, à quo cacochymia morbiqu rii. Æſtivi antecœnio conveniunt, ut ſunt ceraſa, ra, pruna, fraga perſica præcocia & ejus generis Nam ſi in bellariis ſive in poſtcœnio comedantur, cito vitiantur, cruditates gignunt. Nunc frigore ſuo machi calorem temperant & alvum molliunt hun ſuo; Autumnales verò magis conveniunt poſtcœni ve menſæ ſecundæ, cujusmodi ſunt mala, pyra, nu cydonia, meſpila, caſtaneæ & hujusmodi alii, qui ſi i ſumerentur, cum pleraque adſtringendi vim hal alvum indurarent. Tunc verò os ventriculi m comprimunt, ſtomachum roborabunt, ac facient u

citius solvatur. Circa fructus arboreos adhuc in
ie observandum, si aquâ mersi non statim intume-
it, vitiosos esse. Dein, non nisi prius abstersos cor-
usque nudatos assumendos.

I. *Amygdala* fructus sunt arboris cognominis, præ-
iores tamen Narbonenses & Provinciales, quæ
duno advehuntur. Probantur flavissimæ, plenæ, Bauhinus l. 2 histor. c. 7
græ, non confractæ nec erosæ, leves, duræ, siccæ,
s autem albissimæ, odore, dum manducantur suavi. Hoffmannus
robantur quæ foris sunt nigræ vel albiores, intus l. 2 de officin. c. 161
dæ molles, quæque non franguntur sed lori modo
nentur, odore ac sapore abominabili, quales ran-
vocantur. Maturitatis indicium est, si cortex ea-
exterior dehiscere incipiat, quæ si muriâ laventur
idiores evadunt, & diutius incorruptæ ad usum as-
ntur. *Dulces* calidæ ac humidæ sunt, tenuiorem
ninem incrassant, egregiè nutriunt, emaciatos im-
uant, somnum conciliant, dolores lateris ac tussim
it, sputi acrimoniam leniunt, phthisicis ac dysen-
is conducunt, utrisque quod pingui qualitate acre-
n sanguinis humorumque retundant, ac dolorem
nt. Non adstringere pluribus *Matthiolus* pro- l. 3 Epistol.
constipare verò easdem seu acrimoniam demul-
o incrassare non omninò negandum videtur, ut
amygdalas menses ac lochia movere, mulierculæ
eram sibi aliisque persuadeant. Veneri etiam con- Ridlinus Lin. Ann. 4 p. 390
it, dum semen augent. Virides prægnantium ma-
resistunt. Recentes verò amygdalæ siccioribus
rendæ, & aridæ aquâ calidâ paulum macerandæ.
ex etiam flavus, qui immediate nucleo adhæret
er detrahendus, utpote qui terrestri ac scabrâ suâ
ntiâ dulcedini obest. Æstuosas vocavit amyg-
Hippocrates, propter pinguedinem, pingui enim oleo l. 2 Diæt.
nt, quod facilè æstum ac inflammationem concipit,

unde & in ventriculis calidioribus facilè corru
tur, imprimis vetustæ, inque bilem porraceam fac
ac dolores capitis inducunt. *Amararum* quan
cibis nullus usus, prætermittendæ tamen hac occ
non sunt. Sicciores autem magis existunt, quà
ces, ac humores viscosos attenuant, incidunt,
struunt, flatus discutiunt, urinam movent, aren
& calculum expellunt. Si ante cibum sumuntur
tatem præcavere feruntur, quod ipsum si succe
tè, ceu quidem de experimento hoc non absque
ne dubitat *Hoffmannus*, à vi diuretica est. Cæter
Ridlinus *Lin. Ann.* 5 p. 107 homini nunquam obsunt amygdalæ amaræ, ita g
necant.

III. *Armeniaca mala*. E persicorum classe sun
tamen & suavitate & bonitate superant, namque i
triculo non ita, ut illa corrumpuntur. Refrige
humectant, appetitum excitant, stomachoque siti
grata sunt, urinamque movent. Eligenda aute
tura grandia ac bene colorata. Sumuntur ante c
vinumque generosum superbibendum. Interdu
Ledelius *in* *Misc. G. Dec.* 3. *An.* 5 *obs.* 114 bigo eadem exurit, aut à venenatis animalculis
nantur, unde & choleræ cum febri maligna, ac
teriæ lethales esum eorundem aliquando insequ

IV. *Berberum* baccæ, aliis *Oxyacanthus* seu *spina*
fructus sunt fruticis cognominis, inque dumeti
scunt, & autumno colliguntur. Qualitatis sunt
dæ siccæque & subadstringentis, acore suo a
tum movent, stomachum calidiorem corrobora
conducunt in febribus ardentibus etiam maligni
guinisque ebullitionem egregiè temperant, inque
tu, diarrhoea biliosa, in qua apud Ægyptios pre
stantissimo auxilio habetur, sputo sanguinis, fluxu
Prosper Alpinus *l.* 4 *c.* 3 sium ab acrimonia sanguinis dependente, in
nentia urinæ. Ventriculo autem frigidiore ex
te ab iisdem cavendum. V

V. *Cappares* vulgo inter fructus referuntur sed perperam, sunt enim flores fruticis cujusdam exotici, nondum completi, infunduntur autem antequam è gemmis rumpant decerpti, cum aceto ac sale addito, vasique bene obturato induntur, eoque modo interdum etiam oleo & passulis, qui modus optimus, conditi, ex Hispania Italiaque adferuntur. Cum verò duplices sint majores ac minores, & posteriores quod palato gratiores, ut plurimum eligantur, præstant tamen majores, utpote integriores, succique melioris. Nam qui sapor in minoribus percipitur, adscititius est, vel à muria vel aceto, cui penitius conditura imbuitur, majores vero antequam mensæ apponantur in aqua macerandi, ut sal marinus bene eluatur, & ubi nimis acres præsumuntur coquendi: Minores autem abluendi. Egregiè appetitum excitant, pituitam incidunt, attenuant, detergent, vermes necant, visceraque imprimis hepar ac lienem deobstruunt, alvum urinam ac menses movent, hypochondriacis podagricisque ac Ischiadicis conferunt. A paralysi præcavere dicuntur, si quotidie & quidem ante cibum sumantur, quod ipsum qualitate eorundem humores viscosos attenuante & incidente est, utpote qui successu temporis ad nervos decumbentes, paralysin gignunt; Imbecilliori autem stomacho non conveniunt.

Sachsius *Ampelogr. p. 126*

Hoffmannus *l. 2 de officin. c. 47*

Bauhinus *histor. plant. l. 14 c. 7*

Plinius *l. 20 c. 15*

VI. *Carduus Scolymos*, vulgo etiam *Cinara* ac *Artischo*-. Fructus est herbaceus, cujus pars inferior cum pinguiore gallinæ, aut carnis bubulæ jusculo, ut & macere ac pipere in cibum paratur, saporisque est grati, ac nutrimenti mediocris. Pro sapore verò & odore singulari carduo conciliando semen illius, antequam terræ committatur, rebus quarum sapor odorque expetitur, uti succo rosarum mellique immergendum. Cæterum cardui ejusmodi tantopere olim in deliciis, ut

Thesaurus *Nat. & Artoph. 517*

P 2 sine

sine eo magnifica nulla censeretur, cœna, dicteriu
evaderet, ne quis omnino sine carduis sit dies. D
struunt verò, urinam multam ac fœtentem propel
venerem movent, & præsertim ad prolis masculi
ceptũ conferunt. Gonorrhœæ quoq; virulentæ pr
interdum remediũ existunt. Halitum oris insuper e
Langius l. 2 Ep. 6 dant, *Galenus* flatulentos ac sanguinem biliosum g
rare caputque turbare contendit, quod tamen an d
stris quoque intelligendum sit, eapropter dubium
dit, quod etiam ægrotantibus & convalescentibu
hibeantur, qui tamen nullum inde damnum percip

Ecclog. 2 VII. *Castanea* à *Virgilio* inter nuces & rectè refe
Hoffmannus l. 2 offic. c. 162 tur, alii inter glandes numerant. Præstant autem g
diores, marones vulgò dictæ. Conservantur à si
Lemnius l. 2 occult. c. 52 cum nucibus avellanis reponantur, utpote à quibu
miditas eorum absorbetur. Crassæ aliàs ac vis
Timæus l. 5 cas. 15 existunt, à debiliori ventriculo ægrè digeruntur, al
constipant, flatus multos suppeditant, doloresque
Ridlinus Millen. p. 7 triculi, capitis ac incubum causantur, præsertim s
revisia flatulenta superbibatur, aut mustum vinum
recens. Quapropter ab iisdem abstineant sedent
obstructionibus, colicis nephriticisque doloribus vi
rumque infartibus obnoxii, ac dyspnoeâ laboran
Lancisius d. mort. subit. p. 269 qui larga earundem copia se ingurgitantes, suffoca
nem lethalem accelerant. In quodem per sex me
circa intestinum cœcum hæserunt, ac demum in
Platerus l. 3 Obs. p. 817 portiuncularum per alvum excretæ. Bene digesta
tem firmum solidumque, crassum tamen nutriment
præbent, ceu quoque *Galenus* inter fructus arbor
l. 2 Alim. fac. maximi easdem nutrimenti asseruit. Cibus est ro
stis ac laboriosis convenientior, qui tamen diutius
Hoffmannus l. 5 Inst. c. 10 dem utuntur, quantumvis delicatè præparatis, ii
exercitio corrigant sanguinem cumulant tam putri
ut pediculosi evadant. Ut autem bene digerantur n

qu

iam crudæ comedendæ, sed sub cineribus torrendæ, uod antequam fiat, cultello leviter vulnerandæ, sic enim ulenta illarum humiditas melius consumitur, & qualiter torrentur. In sartagine aut patellâ ferreâ stæ partim plane comburuntur, partim fulginosi em-yreumatis quippiam contrahunt, Etiam elixandæ, ut aquâ salsâ incoquendæ, & cum pipere sale aut sac-haro, nec tamen unquam in copia assumendæ. Præ-rea in fluxibus alvi conveniunt propter vim adstrin-endi seu constipandi, eamque ob causam & sangui-em spuentibus, hecticis ac phthisicis commendantur, ibus etiam illâ ex ratione conferunt, quod à calore lorum acriori tardius conficiantur, iisque firmius nu-imentum suppeditent. Ad panificium quoque ca-aneæ aptissimæ sunt, incolæque illorum tractuum, ubi eficiente annona hæ abundant, easdem ita præpara-esciunt, ut diu durent, siccatasque in farinam molunt, oguntque in panes. *Voglerus Comm. c. 15*

VIII. *Cerasa*, ex horæis seu fugacibus fructibus sunt, : præcocia evadunt, si aqua calida lixivium aut calx dicibus arborum admoveatur. Sunt autem variæ il-rum species, differuntque inter se colore interno & terno, magnitudine, pulpæ crassitie, figurâ, sapore; rigida omnia ac humida sunt, præstant verò *acida* & igra, amorellæ imprimis, quæ insitione in laurum pri-iò producta feruntur, utpote ob saporem vinosum gra-ssima, appetitum excitantia, & præcordiorum visce-umque fervorem temperantia. Suppeditant autem inctus gratissimos, non sanis modo sed & ægris in ebribus imprimis ac diarrhoeis biliosis, namque & si-im restinguunt, insuavitatem oris emendant; Eadem ini cerasorum, si cum vino tenui rubello paretur, ratio. *Helmontiani* carnem cerasorum bonum sanguinem gene-re ac confortare, imo pinguefacere non absque ratio- *Matthiolus com. in Diosc. l. 1 c. 129* *c. 40*

 ne

ne asserunt, passeres enim, qui plurimum cerasis
ctantur, eo tempore quo matura sunt, longè majo
bent jecinora, quam aliàs. Cerasa pontica seu
viora rectius sub finem prandii vel cœnæ comedı
quia vi sua styptica quasi claudunt orificum stoı
Sennertus l. 4 Inst. maj. quo ipso digestio promovetur. *Dulcia* ob supeı
humiditatem alvum quidem subducunt, facilè taı
ventriculo corrumpuntur, choleram excitant, lı
cisque ac febribus ansam dant. Quæ furno sicc
adstringunt alvumque morantur, quæ verò sunt
rubea, pulpa molli & aquea, ac siccantur, rustic
passularum majorum usurpantur, nec adstringun
clei cerasorum peculiari proprietate calculum :
ac vesicæ frangunt.

IX. *Cucumeres*. Frigidi & aliquatenus sicci sur
triculo tamen calidiori simul & fortiori optimè ı
cunt. Bilis enim fervorem ac impetum egregiè
gunt, salsamque sanguinis acrimoniam tempera:
de & à nautis scorbuticis, eaque propter alicubi
rã expositis in magna quantitate cum successu in
Ridlinus Mill. p. 81 tur, & leprosus aliquando post multa alia frustra a
restitutus, qui iisdem conditis toto anno utebatur
terea urinam movent ac venerem cohibent, ceu
Select. c. 16 p. 179 alios contrarium asserentes *Lindanus* pluribus hc
bat. Condiuntur autem parvuli immaturique
nec admodum ventricosi, cum fœniculo macere
phyllis ac aceto, ita ut viridi splendore corusci eı
Eduntur quoque in taleolas secti duplicique paı
excepti & sale adsperso agitati, donec aqueus
majori ex parte eliciatur, addendo dein acetum,
Brandius itin. Moschov. p. 111 olivarum ac piper; Curlandi taleolis lac ebut
addunt, cum manipulo salis, ac æstate pro Julep
tur. De cætero concoctu difficiles sunt, & muc
sua calorem debilioris ventriculi obtundunt, p:
ad:

gent, cardialgiam colicamque inducunt. Imo in
riculo imbecilliori non raro per longum tempus
l delitescunt, uti in caupone quodam aliquando per
nni quadrantes, in quo simul febrem cum tumo-
dominis, ac urina pauca crassa turbida & nigra
erunt, excreti dein vi medicamenti adhuc re-
s quasi & vix commansi apparuerunt, ventre no-
ter subsidente. Præterea crudum frigidum, cras-
ic viscosum sanginem generant, febresque sævissi-
& mire contumaces, & in ætate senili copiosius in-
e, lethargum inducunt. Communis opinio est,
ras, diarrhoeas ac dysenterias ab iisdem produci,
eodem tempore, quo hi maturi in usus cedunt,
entur, ceu quoque Medicus quidam Gallus Pari-
imini suarum ædium sat lautarum sequens aureis
s aliquando inscribi fecit:

Les Concombres, & les melons,
M'ont fait bastir cette maison.

l ipsum uti aliquando forte locum habet, non ta-
de omnibus & semper valet. E quingentis dy-
ricis anno 1669. Gothæ decumbentibus vix unus
vatus, nec etiam subsequenti tempore è pluribus
iam, qui cucumerum esui morbum suum debue-
men illorum sanguinem tenuiorem incrassat.
§. *Cucurbita.* Refrigerant ac humectant, unde æstu-
ic sicciori ventriculo conducunt, sitim compescunt
rum laxant. Facilè autem, imprimis ubi non bene
aratæ fuerint, aut ventriculus succo aliquo pravo
ateat, in eodem corrumpuntur, & humores ma-
s generant. Notatu digna observatio est, de filia
quæ in cœna magnam portionem cucurbitæ
æ, piperatæ & in clibano assæ consumpserat, ac
onem aquæ frigidæ superbiberat, subsequente no-
cedente lumbari dolore mortem oppetiit. Exin
cadaver

Ledelius *Misc. G. Dec. 3 Ann. 2 obs. 48*

Galenus *l. 2 Alim. facult.*

Dolæus *l. 3 Encyd. med. c. 3*

Wedelius *Program. Inaugur. de cucum. esu.*

Seligerus *in Misc. G. Dec. 2 Ann. 1 obs. 139*

cadaver horribiliter fœdum deprehensum, non ut
manum sed instar trunci tumidissimi, anterius livi
posterius nigrum, cuticulâ nudum, superius usqu
umbilicum abominabile, inferius ab umbilico ad ex
mos pedes mortuorum haut absimile, ex venulis c
bulliens exstillabat; Aperto cadavere ventriculus
rum in modum infartus putrilaginosâ materiâ co
ciebatur. Ex quo patet etiamsi optimè præpare
cucurbitæ, nutrimentum tamen pravitate suà non
rens suppeditare. Præterea & flatus generant, d
resque colicos pariunt. Tostæ verò elixis salubri
habentur, utpote de humiditate sua remittentes, s
tum alvum non adeo lubricant; Solent & substan
interiorem candidam cum mollibus & immaturis s
Bauhinus l. 16. histor. plant. nibus bullire, postea minutim conscindere, ac cum
pa butyro & sale coquere, qui cibus macilentis hon
bus prodest. Nonnulli cucurbitam immaturam c
culatim instar malorum scissam cum butyro in s
gine frigunt; Etiam saccharo conditur, ac in febr
ardentibus pro siti exstinguenda servit. Excavant
que cucurbitam recentem, vinoque repletam per
ctis spacium relinquunt, maneque jejuno stomach
num illud bibunt, quod tunc laxativi instar est.
gendæ autem ad usum longiores, quæ pendendo c
crevere, nec multa semina possident. Hoc verò
guinem tenuiorem incrassat.

Eclog. 3 l. 5 Idol. c. 13 XI. *Cydonia mala*, *Virgilio* aurea, uti *Vossius* pro
Adstringunt ac corroborant, unde post alios cibo
muntur, ut stomachi orificium quasi claudant, grat
que halitum concilient, quo respiciunt versus:

Aldrovandus Dendrol. l. 2 p. 542 Post epulas, uxor, cur mala cydonia sumis;
Num Tuus ut te vir tractus odore petat.

Conferunt etiam in hæmoptysi, vomitionibus, c
rhoeis, lienteriis, passione cœliaca, fibris enim sto

axis tonum egregiè restituunt, si ante pastum su-
tur appetitum provocant, si verò à cibo suman-
alvum laxant. Conducunt quoque catarrhosis ac
ɔo laborantibus, nec non mulieribus ad abortum
is. Parum verò nutriunt, & difficulter conco-
ntur, quin si copiosius ingerantur, colicum dolo- Kôberus
pariunt, imo nimia sua adstringendi vi Iliacum Dec. 2 obs. 9
ım accelerant. Adstrictoria verò vis corrigitur
:ione sacchari aut cinnamomi caryophyllorumve
ctura. Ut ut autem sint adstringentia, diuretica ta- Ettmullerus
quoque sunt, unde à nimio eorum usu mictus co- Tom. 2 Op.
or imo diabetes insequitur. Cruda nunquam su- p. 717
la, sed vel cocta, condita, inque marmeladam mi-
que redacta, quamvis coctione odor cydoniorum
t, qui suavis est, fragransque sed caput nonnun-
ı feriens, adeoque adstringens, ut quoque è cubi-
mulierum parturientium cydonia removenda sint,
rtus impediatur. Eliguntur maturissima ac in- Wekkerus l. 9
rima sine macula, cœlo sereno ac luna crescente secret. c. 12
cta; Quæ enim non matura imprimis ad conditu-
sumuntur, lignorum instar indurescunt, ut denti-
ërè conteri nequeant; Quæ oblongiora, ac turbi-
figurâ existunt, fœmellæ audiunt, seu struthia, non
n ita bona, ac minora rotunda, quæ mascula ap-
ntur. Quæ cruda per hyemem asservantur, seor-
ı pensilibus uvis reponenda, quod hæ ipsæ acerri-
eorum sapore adeo vitientur, ut statim marcore
icientur. Illud quoque à quibusdam asseritur, si Matthiolus
r prægnans mala cydonia crebrius comederit, ean- com. ad Diosc.
infantem facie venustâ suoque tempore industrium l. 1 c. 131
geniosum parituram. Et hæc fortè ratio subfuit, cur
ı certa lege caverit, ne sponsa ad maritum ante Bodæus com.
deretur, quam malum cydonium comedisset, cur- in Theophr.
hist. plant. l. 4

que à veteribus veneri mala hæc dicata fuerint. Semen sanguinem tenuiorem incrassat.

XII. *Cynosbati*, siccantur in furnis exemptis prius arillis, coquuntur dein in vino vel aquâ, additis passulis, conducuntque hypochondriacis æstuantibus in ardore stomachi. Princeps quidam ex fructu, remotis arillis staminibus scilicet remanentibus conservam cum saccharo parabat, quæ ipsi aliis nil omnino juvantibus pro secreto fuit. Deinde & calorem renum temperant, & calculum quo minus generetur præcavent, genitum verò expellunt, imprimis arilli propter vim diureticam. Qui rubore faciei cum pustulis seu gutta rosacea laborant, iisdem quoque sub finem cibationis conditum seu rob cynosbati commendatur.

Ettmullerus Colleg. in Phar. Schröd.

Ridlinus Lin. Ann. 4 p. 961

Crato Consil. 285

XIII. *Dactyli*, fructus sunt arboris palmæ, qua nulla inter plantas evidentiorem sexus distinctionem & effectus monstrat; Neque enim palmæ fœminæ sine adspersione pulveris vel florum ex palmis maribus pariunt. Præstantissimi in Judæa circa Hierichuntem crescebant, qui autem in regionibus non admodum calidis nascuntur, non perfectè maturescunt, ut reponi queant. Cæterum non insuaves sunt, & Sancti quidam, ut Hilarion, Paulus, Anthonius hoc uno cibo vitam in eremis traduxerunt. Præterea faucium asperitatem leniunt difficulter tamen concoquuntur, capitis dolorem inferunt, aut saltem ebriis similes reddunt, etiam cardialgiæ quendam sensum inducunt. Nutrimentum quod corpori præbent, propter vim adstrictoriam crassius est, ac fungosum caricarum instar, cum lentore quodam, præsertim ubi dactyli pinguiores exstiterunt; *Plinius* corpus augere dicit, rectius inflare, seu tumidum reddere scripsisset. Propter dulcedinem autem viscera obstruunt. Virides adhuc existentes comesti, si propter cruditatem & acerbitatem non strangulant, quod Alexandri Magni mili-

Hoffmannus Clav. Schröd.

Matthiolus com. in Diosc. l. 1 c. 126

Vossius l. 5. Idolol. c. 13

l. 13. c. 4

tibus in Asiatica expeditione accidit, inflationes ta-
n pariunt, corpusq; crudioribꝰ succis replent, longio-
vero usu cachexiam melancholicam causantur. Da-
os exenteratos coccique infectorii pulvere impletos
iestos ab abortu præservare dicunt, aliquâ enim ad-
gendi vi pollent, lapilli autem partum promovent,
ropter insignem vim diureticam calculosis quoque
sunt. Eligendi dactyli majores, flavi, pleni ple-
ique rugosi ac molles, carne multa & ad corticem
scente ad nucleum verò candicante, non pertusi,
ue concussi nihil aut minimum sonent, non ver-
ulosi, saporis verò vinosi nec tamen valde dulces.
graciles flaccidi durique existunt, deteriores sunt,
niam excarnes; Qui verò excusso pediculo pertusi,
iculis ferè scatent. Tempore *Plinii* unde quinqua-
a eorum genera numerabantur.

Hoffmannus *l. 2 de officin. c. 168*

Bauhinus *l. 3 hist. plant.*

XIV. *Ficus* siccæ vocantur *caricæ*, ob dulcedinem
iavitatem insigniter commendatæ, eaquepropter
gales quoque mensas, atque omnium conviviorum
ratum ornatumq; exhibitæ. *Homerus* cum cæte-
fructus partim ob magnitudinem partim ob colo-
laudaret, soli huic fructui dulcedinis nomen tri-
, unde ficubus carere maximæ infelicitatis signum
ebatur, & in Sacro Codice inter maledictiones di-
s ficuum corruptio refertur. Sunt autem calidæ
idæque substantiæ, pectori imprimis conducentes,
icando enim ac incrassando lympham acrem & sal-
tussim sedant ac sputum promovent, asthmatique
ucedini conducunt, in aqua vitæ anisata macera-
vesperi sumptæ. Renes quoque expurgant ac
ulas expellunt, tantamque propensionem ad renes
nt, ut decoctum eorum non bene percolatum, sed
ula adhuc admixta continens, per urinam eadem
ò reddat, in qua & decoctum & granula ficuum

Aldrovandus *l. 1 Dendr. c. 3*

Psalm. 104
Osea 4.

Ettmullerus *Coll. in Phar. Schröder.*

conspicua sint. In variolis quoque ac morbillis magno cum fructu decoquuntur ad acrimoniam sanguinis demulcendam, & peregrina fermenta eliminanda.

Salern. c. 43 Venerem insuper irritant propter flatulentiam. Præterea venenis resistunt mane jejuno stomacho cum nucibus juglandibus comestæ, quæ Regis Mithridatis antidotus erat. Animum quoque corroborant, quam ob

Laertius in Vit. causam Zeno stoicus animosè iisdem vescebatur, ut cuncta æquo animo ferre assuesceret. Virides sitim sedant, calorem restinguunt, magisque humectant ac

Sponius com. in Aphor. Nov. s. 4 n. 46 alvum laxant. Succus enim quo turgent, antequam maturescunt, acrior est & ferè vesicatorius, unde ab irritatione alvi fluor, & interdum nimia purgatio quia & cholera comitatur. Quamvis autem ficus corpori

Ridlinus Lin. Ann. 5 p. 1206 & an. 6 p. 303 nutrimentum quoque suppeditent, illudque impinguent, adeo ut si à senibus in cibum frequenter sumantur, prohibeant ne rugæ in cute eorum existant, & hepar anseris si ficubus alatur, in incredibilem penè molem augeatur, immodicus tamen esus carnem laxam, sudo-

Hecrius Obs. 23 rem fœtidum, scabiem papulasq; in cute, imo pediculos per totum ferè corpus producit. Flatulentæ quoque sunt ficus, unde & iis qui ad colicam proni sunt vitandæ. Ipsum nutrimentum quod præstant est laxum & inane, quodque vel citissime per alvum iterum secedat, aut propter dulcedinem visceribus hepati scilicet ac lieni infestum sit, in iisque obstructiones pariat. In bi-

L. 2 Diat. liosis certè bilescunt, unde & *Hippocrates* easdem κακό-

Bauhinus histor. plant. L. 1 p. 143 χυλα vocavit. Cum nucibus tamen aut amygdalis sumptæ obstructiones viscerum tollunt, vel saltem non ita obstruunt, Deinde etiam post sumptas ficus largiter atque affatim bibendum ne in ventriculo diutius subsistant, ac febres causentur. Primas autem ficus vitiosissimas pronunciavit *Hippocrates*, quoniam lacte quodam corrosivo refertæ sunt, quale quid cum ficus maturæ

adhuc

...unc retineant, stomachum lædunt, & ut dictum al-
...um solvunt. Dentibus quoque infestæ pronunciantur
...cus ab *Aristotele*, fortè quod gingivis lentore suo ad-
...ereant, inter dentes se insinuent, ac calore suo citò
...tredinem quandam efficiant, fortè etiam quod ob
...anorum suorum duritiem cum manducantur, dentes
...leriter fatigent. Problem. s. 22 qu. 14

XV. *Fraga* ventriculo & visceribus calidioribus gra-
...ssimum solamen præstant, refrigerant enim & hume-
...ant, sitim sedant, appetitum restituunt, ac sapore suo
... odore vinoso egregiè reficiunt, sanguinis bilis-
...ue fervorem restinguunt ac temperant, hypochon-
...riacisque calidioribus, ictericis, nariumque hæmor-
...agiâ ac mensibus nimiis laborantibus, ut & dysente-
...cis prosunt. Insuper urinam copiosè movent, & re-
...es deobstruunt, adeoque arenulas & calculum elimi-
...ant. Vidit aliquando *Hoffmannus* in eo, qui copiosius fra-
...a comederat, multas illorum particulas in matula, ut
...enes putarentur colliquati, adeo feruntur ad renes. l. 2 offic. c. 95
...utrimentum autem in se aqueum suppeditant; Eli-
...nda hortensia utpote grandiora ac præstantiora, &
...menda primâ, nullatenus verò ultimâ, ceu vulgò fit
...ensâ, ac cum vino & saccharo ad contemperandam
...licet illorum frigiditatem & humiditatem. In Gal-
...a comedunt cum cremore lactis, qui id quod vinum
...æstat. Parantur quoque ex iisdem pulticulæ, quæ
...on nisi in temperamento calidiori conveniunt. Facilè
...men in ventriculo frigidiori ac imbecilliori efferve-
...unt, corrumpuntur choleramque excitant, ac crudi-
...es pariunt generi nervoso noxias, ceu copiosiori esu
...e... sentari hominesque inebriari aliquando observa-
...m. Nec gravidis in copiâ concedenda, præterquam
... quod colicam in iisdem facilè concitent, propter
...diureticam fœtum pellunt. Cruda ac illota nun- Bauhinus l. 17 hist. plant. c. 70 Bartholinus cent. 4 Ep. 2

 quam

H. ſimannus l. 2 offic. c. 95 quam ſumenda, namque bufones iisdem ſumn delectantur, ac urinâ ſuâ, ſalivâ, quin & halitu nant; Mulier robuſta cum jejuno adhuc ventricu nipulum unum atque alterum fragorum com poſt horas tres dolore ventriculi correpta fui ſubſequentibus lipothymiis ſenſim ſenſimque inc tibus, vertigine, manifeſtâ ventriculi ac hypocho cent. 5 obſ. 38 rum intumeſcentiâ, quæ ſymptomata cum *Hildan* forum veneno contraxiſſe rectè ſuſpicaretur, d mitorio ſanitati reſtituit.

XVI *Juniperi Bacca* quamvis alimentum no ſtituant, & potius medicamenti rationem habea tamen in culinis conditurae loco frequenter adh Op. T. 1 p. 590 tur, nec abſque ratione ab *Ettmullero* Aroma Ger rum appellentur, qualitates earum hac in trac negligendæ minimè ſunt. Ventriculum enim p ſis humoribus obſeſſum ſolantur, coctionem Lentilius Miſc. G. Dec. 3 Ann. 7 App. p. 120 flatus diſcutiunt, renes purgant, urinam mov que calculo præſervant. Præterea in menſiu preſſione conducunt, eaque propter gravidis vi

Timæus Conſil. Diat. p. 1109 XVII. *Mala aurantia, citrea, granata, limonia,* quidem ad medicamenta quàm alimenta, quod nullum præbent, pertinent, his tamen gratum o saporemque conciliant, & ſubſtantiam carnium r rem cogunt, ne in ſtomacho calidiori ac bilio rumpantur. Comeduntur aliàs partim per ſe, etiam ſaccharo conſperguntur, partim quoque mâ ſuccorum acidorum ac conditorum uſur Et quidem quod *aurantia mala*, ab aureo colore in ſpecie attinet, fructus ſunt ſui generis, nec p tionem citri in punicam malumprognata, ceu p Com. in Theophr. L. 4 c. 4 id ipſum *Bodæus* probare ſtudet. Sunt vel dulc acida vel vinoſa ſeu ſaporis medii. *Dulcia Sinenſia*, vis Chinam nunquam viderint, ante cibum ſu

icunt pectori & ventriculo, obstructiones ape-
, scorbutum acidum corrigunt, somnum conci-
catarrhos abigunt, febricitantibus autem minus
ia sunt nec sitim sedant; *Aurantia* vero *acida* ap-
m excitant, sitim restinguunt, inq; scorbuto acriori
s & ardentibus febribus, malignisque conferunt,
eris tamen aliisque acida non ferentibus vitanda.
es & semina calidiora sunt & acriora caete-
amaritie sua ventriculum confortant, vermes
t, flatus, rugitus, colicam hystericamque passio-
nt & dolores post partum discutiunt, stranguriae
tur ac venenis resistunt.

VIII. *Mala citrea* seu *Medica*, à solo olim natali,
nia. Vix enim inter haec discrimen est, namq;
ia arbor ex citri genere, citrea tamen majora sunt,
ia verò minora, oblongiora cortice tenuiori, suc-
gis abundant, eoque acidiori & acerbiori. In
tatibus autem conveniunt, succusque citri egre-
efrigerat, aestum mitigat, unde in biliosis affecti-
febribus ardentibus ac malignis magni usus est.
rea egregiè simul reficit, partes flaccidas ac laxio-
pore suo corroborat, tonumque earum restituit.
es quoque necat, arenulasque renum promovet,
saccharo mane jejuno stomacho sumatur. Ex
is quoque navigantium videre est, contra scor- Bauhinus l. 1 hist. plant. c. 23
hodie in Indiam abeuntibus nullum praestantius
dium malis citreis ac aurantiis existere, ut qui-
tiam solo crudorum diuturno esu curati sint, so-
e eum in finem lagenas succo hoc plenas unà
re. Ratio verò in acido citri volatili consistit,
ancidum scorbutum acidum corrigit. Gravi-
quoque malaciae occurrit, imprimis pulpa citri.
en mala haec ita crudè sumantur, non facilè di- Matthiolus com. in Diosc. l. 1 c. 131
ur, sique in copia fiat, crassum sanguinem ge-
nerant,

nerant. Succus limonum in specie calculosis prodest quamvis & citri succus quoque diureticus sit. Cortex verò & semen citri aliis qualitatibus prædita sunt, calida scilicet & sicca, corticesque potui infusi seu quoq manducati bonum odorem efficiunt, cocti verò ac sacchario conspersi aut conditi, ventriculum roborant, flatus discutiunt. Cortices certè adeo oleosi sunt, ut succus eorum expressus ac candelæ admotus interdum ardeat. Semen verò lumbricos enecat, menses pellit, variolas promovet, ac venenis adversatur, inque speci scorpionum ictibus medetur. Quin & citreorum integrorum mira vis adversus venena fertur, scilicet

Ettmullerus Coll. in Phar. Schröd.

Virgilius. 2 Georg.

> quo non præstantius ullum,
> Pocula si quando sævæ infecere novercæ,
> Auxilium dabit, & membris aget atra venena.

Matthiolus Com. in Diosc. l. 1 c. 131

Ægyptii quidam nebulones aspidibus secundum legi istius terræ in prædam exponendi, pomum citreum i itinere, dum ad bestiarum pabulum ducerentur, comederunt, quod caupona vices eorum dolens iis dederat Mox cum in theatrum descendissent, & ab immanibus ferocissimisque feris demorsi essent, nihil sanè molesti senserunt. Præfectus in admirationem exin rapt certiorque factus, citreum tantùm ex mera simplicitate donatum eos comedisse, jussit postridie uni prœberi ac alteri denegari, denuoque in theatrum ad supplicium trudi. Quo facto qui comederat demorsus, nihil incommodi passus est, alter verò à fera ictus, undique lividus factus confestim interiit. Confirmantur hæc alia observatione, quæ Parisiis accidit & copiose ab Hoffmanno recensetur. Servantur citrea mala tius incorrupta, si hordei vel milii acervis obruantur eligenda autem minora utpote carnosiora, quæque ca Genuam crescunt; Ejusdem generis est malum a niatum seu Assyrium ac Poncerium, quod tamen magis

Clav. Schröder p. 445

Grube de malo citreo p. 16

…e reliqua ſuperat, ac melonum modo orbiculatum …cortice carnoſo, pollicem interdum craſſo, ac ſu…ficie concolore.

XIX. *Mala granata, Punica*, optima Sicilia ſuppe…, quamvis in hortis quoque noſtratibus excolan… Sunt vel acida vel dulcia, vel vinoſa ſeu ſaporis …ti. *Acida* frigida & ſicca exiſtunt, refrigerant, ſi…leniunt, ac ventriculi ardorem æſtumque tempe…, inque febribus ardentibus bilioſis præſertim, ubi …r quiſpiam acris os ventriculi occupavit, ut & dyſ…riis conducunt, pectori verò adverſantur, & den… nigredinem inducunt. *Dulcia* temperatè calida …mida ſunt, pectori proficua, tuſſimque imprimis …nicam leniunt. Præterea venerem quoque exci…, in febribus autem ab iisdem, quod facilè fermen…tur, abſtinendum. *Vinoſa* reficiunt, cerebrumque …fortant, adeoque in ſyncope & vertigine ex cauſa …da valde proficua ſunt. Cortices granatorum, ma…rium vulgò, & grana adſtringunt, conſtipantque, ac …tibus alvi, dyſenteriis ut & nimio menſium ac hæ…rhoidum fluxu conducunt. Grana certè ſuccu…ra manducata certum in hæmorrhoidibꝰ nimium …tibus remedium, juxta cum *Bartholino* ac *Lentilio* … in puero aliquando expertus ſum.

Hoffmannus *l. 2 de officin. c. 181*

Hoffmannus *Clav. Schröd.*

Acta Haff. vol. 1 obſ. 51 Miſc. Dec. 2 An. 9 obſ. 124

XX. *Melones*, de cucumerum genere ſunt, ac ſub hoc …e quoque *Dioſcoridis* ævo veniebant. Differunt …em inter ſe figurâ & quantitate. Qui enim majo… & oblongi, *Pepones* dicti fuerunt, qui verò figuræ …gis rotundæ, formamque mali referentes *melopepones* … *melones*. Odoris autem ſaporiſque ſunt gratiſſimi, …ſchum ſubinde redolentes, ac ſaccharum reſipien… Refrigerant, ſitimque leniunt, ac ventriculo cali…, æſtuique febrili proſunt. Conferunt & tabidis …trophiâ laborantibus, præterea aquoſitate ſuâ renes

Lindanus *Selecti. f. 16 § 187*

Bauhinus *l. 16. hiſtor. plant.*

Borellus cent. 4 obs. 70 detergunt, urinamque movent, ac ardorem ejus leniunt, ſimulque arenulas ac calculum pellunt. Quoniam verò aquosâ & valde excrementitiâ humiditate ſcatent, facillimè corrumpuntur, idque eo magis ſi pravum in ventriculo humorem jam offendant, plenoque ventriculo aut cum aliis cibis, vel poſt eosdem ſumantur. Adeo pauxillum perſpirare deprehendit *Sanctorius*, ut quadrantem circiter conſuetæ perſpirationis auferant. Melones verò in ventriculo corrupti veneni naturam induunt, cholerasque imprimis ac febres malignas ut plurimùm lethales excitant; Inter cibos quoque vermium productioni faventes referuntur, inque ætate ſenili copioſius ingeſtæ ad lethargum diſponunt. Multus in iisdem vituperandis eſt *Panarollus*, Principumque decretis ab humano uſu explodendos cenſet, utpote qui nihil aliud ſint, quam putridus terræ humor, alienâ qualitate coloratus. Aperuit idem corpus juvenis, qui melonibus in cibis plus quàm convenerat uſus fuerat, inque choleram lethalem inciderat, in cujus ſtomacho, inteſtinis, ac cyſtide felleâ infinita porraceæ bilis copia exiſtit: Optimè autem melones primis menſibus ſumuntur, ſeu tempore quoque intermedio, cum pipere & ſaccharo vel quoque ſale. Tutiſſimè etiam cum pane eduntur; Dein vinum generoſum in copiâ ſuperbibendum. Eſt enim vinum melonibus ita amicum, ut cum poſt alia dulcia omnia ingratum exiſtat, poſt melones tale non deprehendatur; Quod ſi verò vinum vel aquoſum vel paucum tantum ſuperbibatur, melonum pravitas non corrigitur, ſed crudi corruptique humores è ventriculo ad interiora beneficio vini magis deducuntur, & noxa quæ aliàs ex eſu melonum oritur, augetur, atque hoc ipſum eſt, quod quidam melones cum vino æquè nocere ſtatuant. Reticulati melones, imprimis ſi pluviâ tangantur, facilè

Marginal notes: L. 3 Med. ſtat. § 25 — Andrius in Act. Lipſ. anno 700 p. 524 — Dimerbrokius hiſt. prbactic. 7 — Pontec. 1 obſ. 39 — Sennertus Inſtit. l. 4 p. 827

corrum-

corrumpuntur, turbinati verò carnem non ita aquosam sed duriorem habent, saporisque sunt dulcis ac odoris jucundi. Eligendi verò candidi, solidi, ac sic dulces, ut sacchara conditi videantur, quos ideo sacchatos vocant, & quibus semen pulpæ firmissimè inhæret, ut cultelli mucrone particulatim evellendum sit, tamen eorum tenuiorem sanguinem incrassat.

XXI. *Mespila*. Frigida & sicca sunt, nec ullius nutrimenti, interim immatura præsertim adhuc condita, ventriculum roborant, alvumque fluidiorem sistunt, adeoque in diarrhoeis ac dysenteriis prosunt, ac mensium fluxum sanguinisque sputum cohibent, vi tamen sua adstringente alvum interdum ita constipant, præsertim illorum officula, ut ne quidem clysteri ingressus pateat, ac quibusdam epilepsia supervenerit. Præterea urinam movent, & calculosos juvant, quod tamen *Bauhinus* in dubium vocat, & *Hoffmannus* non nisi ex accidenti concedit. Gratissimum quoque cibum utero gerentibus suppeditant, tam ratione saporis, quàm quod malaciæ subveniant & fœtum corroborent. Matura autem evadunt ac mitescunt in aëre suspensa, vel etiamque super stramen reposita, ita tamen ne sibi invicem incumbant. Quamvis autem matura existant, non minus tamen quoque subadstringunt, alvumque quodammodo ac urinam remorantur, sumuntur commodè cum cinnamomo aut saccharo.

Petermannus *manud. p. 194*

l. 10 hist. plant c. 10 l. 5 Instit. c. 8

Matthiolus *Com. l. 1 c. 133*

XXII. *Mora* ad differentiam sequentium vulgò *mora celsa*; Ratione coloris autem sunt duplicis generis, rubra tamen albis prævalent. Refrigerant, humectant, et faucium siccitatem asperitatemque leniunt, ventriculo calido & bilioso egregiè conveniunt, citissimè verò transeunt, fortè ob substantiæ lubricitatem, adeoque alvum laxant, si præsertim ante prandium aut cœnam sumantur, aliisque cibis ductu veluti suo viam sternant.

Bodæus *in Theophr. l. 4 p. 400*

Hoffmannus l. 2 offic. c. 152 Diuretica quoque sunt propter substantiam aqu[eam] qua excrementa sanguinis serosa expurgant. De c[ætero] vix alimenti quippiam suppeditant, & facilè corr[um]puntur, unde & post alios cibos non sumenda, fr[uctus] verò exsiccati adstringunt, & in fluxibus quibusc[unque] tam sanguinis, quàm humorum conveniunt.

XXXIII. *Mora rubi* seu *Batina*, refrigerant ac[ad]stringunt, prosuntque in vomitu, ac quibuscunq; fluviis, diarrhoeis, dysenteriis. Quo verò matu[rio]res sunt fructus, eò minor quoque illorum adstri[ctio]. Hac occasione quoque de *baccis rubi idæi* agen[dum]. Odoris fragrantissimi ac saporis elegantis sunt, r[efri]gerant & subadstringunt, præterea egregiè confo[rtant] ac collapsas vires reficiunt, inque febribus arden[tibus] malignisque conducunt. Quoniam verò vix de[cem] baccas invenias, quas inter non una aut altera ve[rmi]culum in se contineat, imo si paucis tantùm diebu[s ser]ventur, iisdem scateat, & baccæ hæ corruptioni obnoxiæ sint, facilè imprimis in pueris quique nim[is] ingerunt, à fructus hujus non loti esu choleræ imo n[...] Ridlinus Lin. Ann. 1 p. 214 ipsa oriuntur. Deinde quoque non cerevisia sed vi[num] super bibendum, ad evitanda tormina quæ exin [gra]vissima subsequi consueverunt.

XXIV. *Nuces avellanæ*, ab Abella, Apuliæ urbe, Ponticæ, multum nutrimenti suppeditant, impri[mis] quæ tunicâ rubescente suut & Lombardicæ vulgò [...]diunt, omnium gratissimæ. Prosunt contra calcul[um] Crato Consil. 141 inque multis sævis calculi cruciatibus diu affectis [ma]gno successu approbatæ sunt, si ante prandium com[edan]ve sumantur. An autem hepatis quoque obstructi[onibus] Vossius l. 9 Idolol. c. 24 conducant, ceu quidam volunt, meritò dubitatur e[a] ob rationem, quod nullâ vi viscera abstergendi polle[ant] imo stomacho ac hepati noceant, ac pravos in visc[eri]bus humores interdum gignant. Si Augusto mense

i quantitate ingerantur, cum membranâ præsertim eriore, choleram ac dysenterias facilè producunt; centes difficulter in ventriculo concoquuntur, ac diu in stomacho latitantes dolorem capitis facillimè xcreant. Nimis verò exsiccatæ ac annosæ, quæ ex edine & dulcedine ad flavedinem ac amaritiem deârunt, difficilius digeruntur, constipant & flatus cautur. Juxta versiculum vulgatum Horstius de Studios. sanit. p. 57

Unica nux prodest, nocet altera, tertia mors est.

i per unicam nucem rectius myristica illa, vulgò schata intelligenda, per alteram verò omnes nucum lium species, acriores sæpe, per tertiam verò nux vota, quæ venenum est. Optimæ, quæ in montibus flabilibus nascuntur, minus enim excrementosæ. Mollerus Nov. Liter. Hamb. Ann. 706 p. 246 Hoffmannus l. 2 de officin. c. 162

XXV. *Nuces juglandes* sic dictæ quasi jugulantes glann seu quercum, altera enim arbor prope sata hanc imit propter radicum copiam. Aliis nux persica regia, quod in illo Persarum strictiore victu, solis gibus juglandes permitterentur. Non autem tam riant quàm avellanæ, & præferuntur recentes, de nosis enim siccioribus idem quod de avellanis expendum, namque sale suo rancido ac acri, pectori caique nocent, hujusque dolorem, faucium asperitam, raucedinem ac tussim inducunt, quin & inflamationes ac ulcera in ore pariunt, oculos lædunt ac rtiginem causantur. Etiam paralysin, si à cibo larus sumantur, quod tamen *Hoffmannus* de rancidis rum intelligit, utpote insigni acrimoniâ præditis, n interdum planè venenatis. Annosæ juglandes, si ferventi macerentur, recentes æmulantur. Viriantem alvum laxant, propter aquositatem enim facilè descendunt, unde & quidam ante cibum sumunt; hæc vi præservandi à venenis ac peste pollent, si cum e mane jejunus quis sumat, constititque ex iisdem, Ridlinus Lin. Ann. 5 p. 1321 Vossius l. 5 Idol. c. 14 Villanovanus comm. in Salern. c. 13

ut & ficubus ac rutæ foliis famosa Mithridatis R
antidotus, quâ se à quocunque veneno præservasl
citur. Aridæ verò juglandes largius comestæ lun
cos imprimis latos pellunt, tam certo apud Med
nenses experimento, ut alio non utantur. Come
tur autem nuces commodè cum caricis, tumque
macho meliores sunt, ac etiam post pisces, quoru
gidum ac aquosum succum annosæ vi suâ calefa
te & siccante corrigunt, pituitæ collectionem hu
rumque corruptionem, quæ post esum piscium
Sennertus *In-stit. l. 4 p. 833* in ventriculo existit, prohibent, & venenositati au
lignitati, quæ interdum piscibus adest, specificè a
santur. *Caspar Hoffmannus* tamen de ejusmodi n
cum piscibus conjugio valde dubitat, propter sul
tiam earum à piscibus maximè alienam. Quam
tem nux juglans viridis & immatura cum sacchar
dita stomacho utilis & palato grata existat, cum
namomo tamen ac caryophyllis condita stomac
lidiori vitanda, namque nuces ex se calidioris
tatis sunt, nec biliosis convenientes, utpote in qu
ventriculis tantum corrumpuntur, inque humor
liosum vertuntur, cholerasque ac febres inducu
natura vomitu mala hæc præverterit.

Hoffmannus *Clav. Schröd.* XXVI. *Olivæ* fructus sunt oleæ, ac ex Hi
Gallia Narbonensi & Italia (ubi circa Bononiam
mæ crescunt) conditæ adferuntur, ex quibus tam
spanicæ maximæ sunt, eaque propter superbæ
Narbonenses virtutis mediæ. Italicæ verò on
minimæ. Condiuntur autem vel immaturæ se
cum sale, tumque saporis subacerbi seu acido
Ettmullerus *Coll. Schröd.* sunt, pituitamque in stomacho incidunt, urinam
lant, eamque asparagorum instar fœtidam re
alvum cient, eaque propter primo loco edebantu
quoque ob vim adstringentem in bellariis repo
tur, unde apud *Martialem*:

Inchoat atque eadem finit oliva dapes. *L. 13 Epigr.*
turæ verò olivæ seu nigræ, calidæ humidæque ac, si
nc recentes, saporis gratissimi sunt, & aliqualis nu-
penti. Propter nimiam oleositatem tamen stoma-
um gravant, facilè corrumpuntur in bilem porra-
m, quæ dein ventriculi orificia lancinando chole- Hoffmannus
malignam producit, vel quoque caput afficit, vi- *l. 2 offic. c. 164*
que turbat.

XXVII. *Persica* mala à Persia nomen obtinent, unde
mum advecta. Refrigerant ac humectant, stoma-
æstuanti conducunt, semenque augent. Quoniam
propter nimiam succulentiam facillimè fermen- Timæus *l. 3 cas. 8*
tur, ac celerrimè corrumpuntur, choleram acutis-
am. febresque malignas ac chronicas inducunt, un-
quoque post alios cibos non comedenda, ceu vulgò
nec aqua aut potus aliquis frigidior superbibendus,
vinum generosum, vel ut *Salernitani* suadent, mustū; *c. 42*
etiam nuclei persicorum ipsi simul concedendi.
us quoque ægris innocua expeti scribit, in quo ta- *l. 15 c. 12*
maximè fallitur, his enim propter debiliorem ven-
uli constitutionem dicta mala maximè imminent.
ima & matura persica ex colore & odore judican- Timæus *Consil. Diat. p. 111*
, nec non quadam quasi dehiscentiâ carnis à nucleo;
ima sunt, quæ succo aqueo constant, eoque si pre-
tur diffluente, quibusque circa extima sub acidi Jonstonus
amaricantis quippiam adhæret. Nuclei persicorum *Syntagmat. part 1 diat.*
ne jejuno stomacho comedantur, pituitam in eo-
absumunt, flatus discutiunt, vermes necant, visce-
obstruunt, calculumque frangunt ac expellunt.

XXVII. *Pineæ nuces* fructus sunt arboris pini ex abie-
nere, optimæque in Vallesia ac circa Ravennam
unt; Cum amygdalis dulcibus in qualitatibus con- Meibomius
unt, & jam ab antiquo in templo Æsculapii sangui- *Diss. de Incub. in fan. § 36*
ex pectore rejicientibus commendantur. Incras-
sant

Matthiolus com. in Diosc. l. 1 c. 74

sant autem sanguinem tenuiorem, acrimoniam le
conglutinant, resolvunt ac impinguant, utpote cra
culum validum ac durabile alimentum præbentes.
terea ventriculi erosiones sanant, emendantque n
rum ac dorsi dolores, renum ac vesicæ ulcera,
stillicidium & ardorem. Prosunt quoque Ischia
paralyticis tremore affectis ac incubo laboran
Etiam veneri conferunt, uberiorem scilicet semi
piam suppeditando. Difficulter tamen concoqu

Hoffmannus l. 2 offic. c. 126

eaquepropter antequam edantur, aquâ calidâ ma
debent. Vetustiores etiam facilè rancescunt, fla
aut pallidæ evadunt; Probantur autem plenæ re
siccæ bonitatem tamen ultra semestre non se

Act. Lipf. an. 700 p. 524

Acrimonia illarum in calidioribus quidem subje
ventriculis saccharo candidissimo, in frigidiorib
tem melle dulcissimo obtunditur. Vermium g
tioni favere *Andrii* observatio est.

XXVIII. *Pistacia* fructus sunt arboris there
Indicæ haut absimilis, ejusdemque cum amygdali

Hoffmannus Clav. Schröd.

ris virtutis, nec tam nutriunt quàm pineæ, interi
roborant, conducuntque phthisicis ac macilenti
guinem enim tenuiorem incrassant & semen a
Eligendæ extrinsecus albidæ, recentes, intrinsecu
des ponderosæ in apice adhuc hiantes non ranci

XXIX. *Pomorum* tam multæ sunt differenti
nulla regio, nulla urbs, nullum prædium imo c
hortus existat, qui non privatam quandam sua
originem aut insitionem ostendat. Optimè jam

Hist. plant. lib. 1

seculum enucleavit *Bauhinus*, quibus moderna ut a
tur, impossibile arbitror. Ratione saporis autem,
Medicus primariò respicit, alia sunt *dulcia*, qu
quodammodo calida, frigidis stomachis aptiora
si simul odorata ac vinosa, qualia nostra Borstorf
in Italiâ Appiana, in Galliâ Rainettes, reficiunt a

t

it, hypochondriacis ac scorbuticis, conferunt, ut acidum effervescens blande compescentia alvum laxantia. Pectus quoque dilatant ac sputum proent. Alia sunt *acida*, qualia nostra Brasiliana, quæ liora sunt, conducuntque stomacho crasso ac viscomore repleto, utpote quem acida ejusmodi inciac detergent. Præterea, uti fructus acidi omnes, ore pestis commendantur. Flatus tamen & alvi uctiones pariunt, ac si cruda frequentiùs sumantur is nocent. Anasarcam ab iisdem nimiâ quantitagestis ortam aliquando fuisse, particularis observait. Dicuntur & calculum iis generare, qui ad saem utuntur. Quædam poma sunt *aquosa*, quæ tacum facillimè in ventriculo corrumpantur, nullius usus sunt. Quædam *austera*, quæ quidem adstrin- & roborant, colicos tamen dolores pariunt. Vi- autem quæ præcocia ac dulcia verè maturuerunt, enim generant, flatulenta sunt ac nervos lædunt. quoque rejicienda optimi generis poma, antein arboribus maturuerunt, decerpta; Concoctu difficilia sunt, tardè permeant, pravique existunt. Maturitatem autem pomorũ seminum nigredo inac legenda post æquinoctium autumnale. Optima quæ in hyemem & proximum ver asservantur, non ita cruda humida ac flatulenta. Ita enim matem, quam non plenam à Sole acceperunt, ab ætaocifcuntur. In repositione poma caduca bene seda, ne putredine suâ cætera inficiant, & servantabulatis, substratis stramentis, extra fumum & olentiam loco frigido, & septentrionalibus feneperto, austris verò clauso, utpote à quibus poma deturpantur, & fenestræ sereno die patere ac luccipere debent; Componenda quoque poma sunt, partim ne contactu putrescant, partim quoque ut

Dimerbrokius *l. 2 d. pest. p. 181*

Ridlinus *Act. Lips. an. 1709 p. 317*

Villanovanus *Comm. in Salern. c. 7*

Matthiolus *l. 3 Ep. p. 140*

Wekkerus *l. 9 Secr. c. 12*

aër liberius trajicere possit. Accuratiorem methodum proponit *Blankhardus*. Præstat autem poma cocta vel assa assumere quàm cruda, & quidem statim post cibum, à crudis post prandium cœnamque nimis avidè comestis vertigo in quodam JCto, fortè hypochondriaco, orta, quæ abdicatis iterum pomis cessit. *Averrhoes* poma quæcunque phthisin procreare statuit, quod ipsum, quamvis nullâ ratione fieri posse *Matthiolus* contendat, de recentioribus tamen ac flatulentis pomis nullo modo negandum videtur, si præsertim ab iis, qui ad hecticam phthisinque proclives sunt, præpostere ingerantur. Flatulentia enim in sanguine inde redundans venas pulmonum extendit, unde earum ruptura & hinc sanguinis sputum. *Hoffmannus* id quorundam pomorũ acrimoniæ, ut & quando malignè putrescunt, adscribit. *Andrius* eadem vermium generationi favere statuit, id quod in totum negare haut ausim, succi enim pravitas ex eo arguitur, quod expressus facillimè acescat. *Bauhinus* se vel suo periculo didicisse scribit, fungosam pomorum substantiam ventriculo frigidiori atque intestinis haut esse commodam, nam præterquam quod diu in ventriculo adhærescat, flatus quoque & dolores colicos excitare. Fortè autem poma acida ac austera intelligit, de quibus haut absimilia superius affirmavi, & in genere poma in ventriculo debiliori non bene concoquuntur. Puellæ cuidam quotiescunque poma comederat, urina noctu involuntariè profluxit, id quod sero ex eorundem esu aucto, & hinc urinâ tempore non consueto exitum quærente cum *Ridlino* meritò adscribo. Poma cum butyro frixa non omnibus conducunt, iisque quorum corpora acidis humoribus scatent, facilè choleram inducunt, & convalescentibus imprimis vitanda.

Experim. curios. p. 75

Hoffmannus *l. 2 offic. c. 181*

Vossius *l. 5. Idol. c. 13*

l. 5 Instit. c. 8

Act. Lips. an. 700 p. 528

Hist. plant.

Lin. Ann. 4 p. 130

Idem *Lin. Ann. 5 p. 213*

XXX. *Pruna* humectant ac refrigerant, unde Lu-

tant

, qui calidas regiones incolunt, carnium suarum
uræ pruna plerumque immiscent. Prout autem ma-
minusque à dulcedine absunt, eo frigidiora ac hu-
iora sunt. Quæ verò austera ac acerba, sive ex na-
suâ, sive quod non bene maturuerint, ea omnium
imè frigida, omniumque minimè humida existunt.
ide pruna præsertim dulcia ac recentia alvum emol- Hoffmannus l. 1 offic. c. 27
t, bilemque educunt, quapropter febricitantibus ac
ochondriacis conferunt, illorumq; insuper sitim so-
ur; Κακοςομαχά tamen pronunciavit *Hippocrates*, & re-
qui enim ventriculo sunt frigidiore, statim ab esu
um offenduntur, & cholerici qui crebrius utuntur,
ifestam læsionem sentiunt. Recentia multâ humi-
te abundant, quâ & tonum ventriculi corrumpunt,
atus gignunt. Communis opinio est, pruna jeju-
entriculo copiosiùs ingesta dysenteriam generare,
que publico Magistratus edicto cohibenda, quod
m tamen Medicus quidam Friburgensis *Federerus* sub
ium superioris seculi edito peculiari scripto nega- Bauhinus histor. plant.
x eo sustinuit, quod multi Magnates, infantuli, ac l. 2 p. 193
rperæ, aliique qui isto tempore non comederunt
na, nihilominus dysenteriâ corripiantur, imo esu il-
m curentur, quodque dysenteria sæpe grassetur,
a tamen nulla pruna adsint. Verùm rationes hujus
i tanti ponderis non sunt, cum quod palmarium est,
tidiana experientia de fructibus ejusmodi autu-
alibus omnibus contrarium testetur, de prunis autem
oribus illis albis & cereis res apud omnes in con-
o sit, febrisque intermittentis prunorum esum sub- Ridlinus Lin
entis in juniori ætate non unum exemplum pro- Ann. 6 p. 159
. Optima sunt *Damascena* illa, nucleo longo & pla-
quæ sicca ex Syria Venetias apportantur, gustuq;
la sunt, ac bilis acrimoniam temperant. Adstrin-
e quidem videntur, cum tamen instar Tamarindo-

rum quoque laxent, eoque modo *Dioscoridem* & *Galenum* conciliet *Bauhinus*. Dein sunt *Hispanica* ac *Hungarica*; Demum *nostra* in clibano siccata, quæ ad nutritionem aptissima sunt, sumuntur autem primâ mensâ sacchāro conspersa, *Pruneola* seu pruna de Brignoles, vulgò *Prunellen*, sapore gratissima & ex flavo ruffescentia Gallia in scatulis ad nos mittit, exsiccata & enucleata, ad sitim usumque febricitantium maximè probantur. Nucleos in prunis nemo facilè, præter infantes deglutiverit, non absque metu subsecuturæ exin periculosissimæ ac lethalis obstructionis. Observatum tamen eosdem in ventre mulieris cujusdam delituisse, tandemque anno exacto purgantium medicamentorum vi per alvum rejectos. (Schenkius l. 4 Obs. 254)

XXXI. *Pruna sylvestria*, adstringunt, nec tam frequentis usus sunt, nisi quis in diarrhoeis aliisque alvi fluxibus iisdem in cibis uti velit. In pueris tamen ab illis, immaturis quoque dysenteriam existere observatum, dum scilicet cruditates pituitosas cohibent, quibus pueri voraciores sæpe numero scatent, ut dein acredine suâ intestina torqueant irritentq;, & ad exulcerationes disponant, quod ipsum quoque pruna acerbitate suâ per se facere, adeoque absque præcedente dispositione dysenteriam inducere possunt.

XXXII. *Pyra*. Frigida & sicca sunt, ac substantiæ densioris quàm poma, adstringuntque, unde & primâ mensâ comesta alvum constipant, adeo ut si quantitas pyrorum accesserit nimia, passio Iliaca inde subsequi queat. (Grubelius in Misc. Dec. 3 Ann. 4 obs. 96) Post cibum verò, ceu quoque ratione sanitatis convenit, sumpta, contractionem ventriculi, eâque ratione digestionem ejusdem promovent, corroborant, alvique subductionem juvant. Parum aliàs nutriunt ac imbecillioribus non nisi cocta conveniunt; Nec minus & febricitantibus vitanda, propter adstrictionem,

cum

a febres ab obstructione sanguinis ejusque eventi-
one prohibitâ ortum habeant. Eadem quoque par- Crato Consil. 363
entium ratio, è quarum conclavi pyra removenda
lent, quasi à proprietate partum retardarent; Ra-
e saporis verò alia sunt *dulcia*, quæ melius nutriunt
ulque confortant, nec ita obstruunt. Alia *acida*, Timæus
: magis adstringunt, obstruuntque, tenesmum ac Consil. Diat.
ulum causantur, nervisque nocent. Alia *aquosa*, p. 1110
: ichorosas cruditates & aquosum sanguinem gene-
t, ac ad epilepsias disponunt. Non autem cruda sed
a comedenda, & vinum meritò superbibendum
a illud, sine vino sunt pyra virus, aut cum sacchare
innamomo conspersa sumenda. *Cruda* enim & co-
n causantur propter flatus quos generant, & nephri-
m exasperant; Cumque pyra in interioribus durio- Ridlinus
quasdam particulas contineant, quæ indigestæ sub Lin. Ann. 9
ulularum formâ per alvum excernantur, hæ ipsæ in p. 126. 566
lis adhuc abundabunt. Etiam siccata meritò inter
s concoctu difficiles numerantur, ut interdũ post ali-
s horas integra vomitu rejiciantur, unde non tam
conveniunt, qui vitam agunt sedentariam, quàm qui
tu quodam coctionem adjuvant. Optima sunt *Bon-
tiana* tantæ teneritudinis, ut à gustu in ore statim eli-
escant. Post hæc *Bergomatia*, sapore non minus
m succo præstantia, *Moscatellina* verò ab odoris fra-
ntiâ sic dicta facilè corrumpuntur, unde quoque in-
tum choleram ac dysenteriam excitant. Eadem ve-
k condita in pharmacopoliis existunt. Legenda sunt
a crescente Lunâ, die placido, calore Solis vegeto,
decerpenda manu, caduca autem diligenter separan-

Asservandi rationes variæ à *Bauhino* enumerantur, Histor. plant. l. 1 p. 56
matribus familias notæ sunt. Diutius verò servan-
si mutuo sibi non incumbant, ac se ne contingant
lem, adhuc diutius si ex filo suspendantur. Notatu

dignum est vulpem pyrum non comedere, ac non urgente famâ, cumque carneus cibus defuerit, apud *Plautum*: Tam facilè vinces, quàm pyrum vu comest, adagium in illos dictum, qui rem difficilen grediuntur, quamvis *Erasmus* in contrarium expli

Mustellar.

Chiliad. 3 *cent.* 5 *obs.* 70

XXXIII. *Ribes* Græcis quondam ignoti & A bus primum nominati, ratione coloris duplicis g ris sunt, albi ac rubri, qui potissimum expetu Propter acidum autem saporem quem valde gr habent, egregiè æstum internum temperant, simu sanguinis incalescentiam moderantur, unde in cor xionibus cholericis, ut & febribus ardentibus cc niunt. Cumque moderate simul adstringant, ve culum quoque roborant, ac in vomitionibus & rhoeis, quæ à biliosâ colluvie interdum causantu febribus ejusmodi superveniunt, valde conducunt cebit tamen ribium usus, si vel voracitate imm vel tempore minus commodo deglutiantur, aut vel cerevisia iisdem superbibatur, notatumque e quando à nimia eorundem comestione tabem exc Quibusdam etiam ex quadã quasi ideo syncrasia c riantur, observatumque est virum quendam, qu ac ex uno vel altero pediculo pendentes ribes ab ret, gravedinem sibi actutum accelerasse, cujus in succo ribium naturâ frigidiore, cum partium tate conjuncto, ac humores lymphaticos afficie ctè asseritur.

Paullinius *in Misc. Dec* 2 *Añ.* 9 *obs.* 198

Hannæus *in Misc. Dec.* 1 *Añ.* 6 *obs.* 138

XXXIV. *Vaccinia nigra*, seu *Myrtilli*. Quamvi *Matthiolus* per vocem hanc apud *Virgilium* nil quàm hyacinthum designari arbitretur, tanti tame troversia hæc non est, quo minus cum *Veglero*, ac *H no* baccas has vaccinia nigra appellemus. R rant autem siccant & adstringunt, unde & in diar ac dysenteriis cum fructu comeduntur.

Com. in Diosc l. 1 *c.* 107

Comm. Diat. c. 16. *Clav. Schröder.*

X

.XXV. *Uvæ vinaceæ* considerantur velut recentes,
ſiccæ, ſeu paſſæ, ab expandendo, quæ paſſularum
ıe veniunt, *Recentes* maturæ eæque dulciores
ɔres ſunt, bene nutriunt, venerem excitant, ſitim
ı pariunt ac flatulentæ ſimul ſunt, præſertim ſi an-
s ortum & cum rore legantur. Exacinatæ ven-
axant diarrhoeas ac dyſenterias inducunt; Quæ
ıc *auſteræ* ſunt, ſtomacho nocent, concoctionem
ıt, adſtringunt, ventrem inflant, alvumque & uri-
norantur. Ex iis verò quæ tempore vindemiali Voſsius *l. 5*
s aſſervantur, ſalubriores ſunt penſiles, quoniam *Idol. c. 13*
ventilantur, dum funiculo dependent. Diſpar
ı ratio quas in olla recondunt, botryones inde
ſeu uvæ ollares; Quomodo per æſtatem uvæ à *Ep. 1 p. 66*
s aſſerventur, pluribus *Busbecquius* refert. De
vatione verò illarum multis agit *Sachſius*. *Paſſulæ* *Ampelogr.*
tur vel calore Solis in orientali regione, tumque *p. 112*
res ſunt, vel in clibano apud nos, tumque ſubaci-
adunt, de exſiccatione ejusmodi etiam copiosè
iſſimus *Sachſius*. Sunt verò aliæ maximæ ſeu Da- *p. 119*
næ, *Zibebæ* vulgò dictæ, aliæ majores, è quibus
ienſes, aliæ minores ſeu Corinthiacæ. Paſſulæ
ı hæ imprimis dulces, ſeu acido dulces, ſi poſt re-
cibos ſumantur, ventriculum valde corroborant,
ae inſtar muſti concentrati, blandâ ac naturali fer-
tione vitioſam ſanguinis fermentationem reſti- Ettmullerus
ac renovant, acrimoniam quamcunque tempe- *Colleg. pract.*
itimque leniunt, emolliunt, nutriunt, corrobo- *To. 2 op. p. 558*
ıe, hepar imprimis ac pulmones, & tuſſim fau-
ue aſperitatem lubricando demulcent. Calcu-
tiam proſunt, dum urinæ acrimoniam mitigant,
rus dilatant, commendanturque in iisdem paſſu- Crato *Con-*
rima cœna, cum acinis coctæ ac contuſæ. Mu- *ſiſ. 153*
s tamen non ſemper conferunt. Paſſularum ma-
jorum

Scharffius in jorum acini frequentius deglutiti talem aliquando
M. sc. C. Dec. 3 obstructionem in puella novem annorum induxer
An. 5 obs. 92 ut post plurima emollientia tam interna quàm ext
adhibita, fæces demum secedentes ita firmiter & c
in unum frustum tartareum coagulatæ apparue:
Non solum verò arillos hos, sed & exuvias rejicie
Lin. Ann. 4 *Ridlinus* suadet, ceu quoque alvum retardantes. M
p. 544 enim intestinorum adhærent, & cum fæcibus diu
retentis interdum excernuntur.

Matthiolus XXXVI. *Uva crispa.* Saporis sunt acidi vino
com. in Diosc adstringentis, jusculis incoctæ appetitum excitan
l. 1. c. 105 in febricitantibus sitim sedant, gravidis magnopere
petuntur, ac malaciæ eorum succurrunt. Confe
& in alvo liquidiori, dysenteria ut & sanguinis spu

CAPUT VIII.

De Carnibus in genere.

I.

SEcundam esculentorum classem carnes constitu
quæ præ plantis multum ac probum alimentum
peditant, & cum natura nostra conveniunt. Egr
Fontenellus id experimento in se ipso probavit *Dionysius Dod*
Act. Lips. An. Parisiensis, qui ante viginti duos annos initio sole
709. p. 160 jejunii quadragesimalis 116. librarum uniusque u
pondo adæquaverat, cum verò dein non nisi lege
nibus vesceretur, & præter aquam & panem ad vic
nihil adhiberet, sub ipsum Ss. paschatis festũ ad libras
& 12 uncias se decrevisse sensit, amissâ intra die
decimâ quartâ substantiæ suæ parte. Contrarium
Exerc. 291 § 2 dem opinatur *Scaliger*, & carnes herbis postponit,
que crassè alere dicit, cum è contra herbæ tametsi
siores tenue tamen ac subtile alimentum supped
Probat hoc exemplo Sarmatarum, Lithuanorum
rumque qui multâ carne vescantur, ac crasso ing

tupidi bardique exiſtant, cum è contra populi orien-
ales carnibus abſtinentes, omnium ſapientiſſimi ſint.
ed *Scaligeri* mens mox explicabitur, & climatis in ori-
nte calidioris præ climate ſeptentrionali frigidiore alia
tio eſt, aliosque cibos poſtulat.

II. Per carnem autem intelligitur propriè caro mu-
culoſa, quæ ſervatâ ſanguinis rubedine circa fibras
oncreſcit, ita tamen ut vaſa tendines, fibræque inſi-
niores & ad tendinum naturam accedentes non com-
rehendantur. Deinde quoqne tribuitur vox hæc vi-
ceribus tam exſanguibus ut ventriculo ac inteſtinis,
uàm ſanguineis, ut hepati ac pulmonibus.

III. In genere autem de carnibus notandum, tem-
eratum earundem ut & juſculorum inde extractorum
ium, ſanguinem copioſum & laudabilem ſuppeditare,
t eaque ratione Gallos atque Anglos, qui carnes a-
ant, ſanguine maximè abundare. Immoderatum verò
ùm ſanguineæ maſſæ ſimilem in modum nocere, quo
rva flamma multo oleo ſuffocatur & exſtinguitur,
iq; fortè ratione *Scaligeri* mens intelligenda. Choleram
orbum ut & pulmonis inflammationem ex nimio
arnis eſu gigni jam *Hippocrati* obſervatum, poſterius- *l. 7 Epid. & l. de Intern. aff.*
ue de modernis Pariſiorum incolis adhuc confirmat *Comm. in*
uius. In iis, quibus ad delirandum nativa diſpoſitio *Aphor. Nov. ſ. 2 § 40*
deſt, ſi carnes nimis ingerant, malum citiùs ſe mani-
ſtare, jam ejusdem quoque *Hippocratis* obſervatio eſt. *2 Prædict. § 1*
imiam carnium varietatem earumque ingeſtionem
revioris vitæ cauſam exiſtere, exemplo ab Ægyptiis
ſumpto pluribus demonſtat *Alpinus*, qui propter tem- *l. 1 c. 11*
eratiſſimum carnium eſum maximè longævi ſunt.
ſtipulatur eidem Illuſtris *Hoffmannus*, ex eâ præſer- *Diſſ. Phyſ.*
m ratione, quod carnes multum ſanguinem in cor- *med. ſel. part*
ore progenerent, qui cum fibrarum robore propelli *1 p. 3. 40. 79*
n ſemper poſſit, vitalem motum ſæpius turbet ac ſa-
T nitati

nitati noceat, id quod ceu modo dixi, in clin
Lindanus Select. f. XI. § 47 Ridlinus Millen. p. 15 di ori omninò ita se habere arbitror. Quo au
est pinguior, & facilè inflammatur, eò magi
sanguinem inflammat. In juniori certè ætat
minori quantitate danda, cum tussis à nimio c
ortæ exempla prostent, tum propter cruditate
nosas inde existentes.

IV. Ante omnia cavendum à carnibus an
morbidorum, utpote quæ fumo, sale & aceto
præparari, nec ignis culinaris ope vel natura
næ robore subigi queunt, quin sanitati non no
Borellus cent. 2 obs. 32 pro naturâ veneni ex humoribus corruptis o
se multiplicativi ad alios contagium transferar
ab herbis pruinâ venenatâ madefactis morbos
hunt pecudes, quæ ne moriantur, lanionibus v
tim traduntur, qui promiscuè sanas ægrasque
tes febres interdum malignas Epidemicas in
ceu funesta hujus rei exempla infra ubi de bo
aliisve morbidis animalibus agetur, adducent
Dimerbrokius Anat. p. 313 cillimè autem pulmones, hepar, mesenterium
stina vitium contrahunt, pulmones imprimis
pleurâ connectantur, quod præcedente pleurit
ripneumoniâ aliove simili cum exulceratione
cto morbo accidit. Cum carnibus ejusmodi n
carnes animalium, venenis naturalibus, ut mor
ræ, arsenico lithargyrioque exstinctorum no
Paradox. med. 8 p 201 parandas censet *Priccius*, has enim non majori
lo sumi, quàm quæ igne ac ferro perempta sint
lia; Verùm suo periculo id tentet Clarissimus
imo ferè semetipsum idem corrigit in sequentib
p. 206 saltem carnes à veneno naturali enectorum ani
non verò totum corpus, & quidem statim post
necem ad edendum tuto dari posse concedit, q
tamen limitatio ne sic quidem omnibus satis

Magni profectò Reipublicæ interest, ut à Magistratu certi carnium inspectores lanionibus constituantur, qui in morbida ejusmodi pecora severiùs inquirant, ne præ avaritiâ aut lucri cupidine venum illa publicè exponantur, aut privatum aliquod contagium suscitetur, quod pluribus dein exitiosum sit ac funestum. Pertinent quoque huc carnes animalium à rabidis brutis demorsorum, quæque fulmine icta interiêre, à quarum esu inflammationes interiorum, mœrores, alvi profluvium, furorem, oblivionem, veternum, totius corporis intumescentiam, mortemque ipsam insecutam esse observatum est. De carnibus post mactationem adhuc splendentibus agit *Bartholinus*, & ad putredinem refert. Lampyridibus noctu carni & pinguedini ejus denso agmine insidentibus, vel examinis apum instar conglobatim quasi adhærentibus mutuatitiam ejusmodi lucem deberi, pluribus probare conatur *Paullinus*. Rectius ad fermentativam particularum salinarum agitationem refertur, unde quoque esum illarum contagiosos plerumque morbos insequi idem *Bartholinus* Autor est.

Matthiolus com. in Diosc. l. 6 c. 34

Cent. 1 Ep. 9 12. 13. 39

Cent. 1 obs. 48 Cent. 4 Ep. 87

V. Carnium quoq; sanarũ magna differentia est ac saluberrimæ, quæ à volatiliũ grege desumuntur, imprimis frugilegarum, quæque mediæ ætatis sunt ac liberiori aëre fruuntur. Terrestrium verò animalium caro succum quidem crassiorem suppeditat, quique magis nutriat, interim difficiliùs digeratur; Exsanguium substantia non admodum cum naturâ nostrâ convenit.

Jonstonus Syntag. pract. part. 1 Diat.

VI. *Domestica animalia* propter pabulum interdum lautum carnem habent teneriorem sylvestribus, talemq; ... suppeditant bonam, pinguiorem, ac succo chylo- ... temperato abundantem, adeoque bene nutritivam. ... contra animalia *sylvestria* ac præsertim montana sive ... quadrupedum sive ex volatilium genere, quoniam ... motu suo ac aëre liberiore humoris semper multum

Bergerus Nov. Liter. Germ. an. 708 p. 376

dissipant, carnes quoque non ita humidas habe
succus harum salinus magis est. Præterea pe
ejusmodi commotione caro quoque horum anim
redditur tenuior, gratioris saporis ac facilioris dig
nis, quoniam per validam corporis agitationem
magis magisque acuitur, increscit, ac carnes inde
que afficiuntur. Ex qua ratione venatio anim
carnes ita commendat, quod adeo certum, ut asini
in Hispania per venationem agitentur, & caro ips
cæteroquin dura ad cibum aptior reddatur. *Fe*
verò animalium carnes quoniam fibris duriori
siccis componuntur, non ita quoque edules sunt,
vatumque esum carnium ferinarum vigilias exc
Palustria inque impuris locis degentia animalia
mentis scatere loci aërisque conditio evincit.

Voglerus *Comm. Diat. c. 17*

Ettmullerus *Colleg. pract. To. 2 op. p. 773*

VII. *Masculorum* animalium caro calidior sicci
est, ac nutrimentum suppeditat acrius & aliquo
salsum, fermentum enim testium ad sanguinem
tum, vehementiorem eidem fermentationem con
& acriorem reddit, quod ipsum cum in castratis
se habeat; caro quoque illarum temperata magis a
guior existit. Quoad qualitatem carnis mas cast
ejusdem semper speciei fœminæ assimilatur. Pe
verò conditionis caro est animalium eo tempore
ctatorum, quo in venerem aguntur, cum totum
pus atque humores omnes tum quasi fermententur
carnes ipsæ virosum saporem acquirant, eumque
majorem, quo lasciviora sunt animalia ipsa.

Matthiolus *Com. in Diosc. l. 2 c. 69*

VIII. Animalia exsucca, fame confecta, labor
que attrita uti vix quippiam alimenti corpori n
præbere possunt, ita *obesa* nutrimentum humidius
bent, *senescentia* propter fibrarum siccitatem & ma
rem siccius & minus sapidum ac edule. Namque
ex carnium harum cocturâ colligere est, ad quam a
ven

ndam & tempus multo longius requiritur, absque lo carnium ejusmodi incremento, secus ac animaliũ *viorum* carnes, quæ & breviori tempore in culinis coluntur, & coctione ipsâ incrementum capiunt. *Nigri* noque animalis caro suavior & levior est.

Gratarol. 9 *de Liter. Valet.* p. 151

IX. *Carnes aceto servatæ* teneriores redduntur, & nuitioni aptiores competit autem maceratio ejusmodi rnibus durioribus ac robustis fibris constantibus.

X. *Sale conditæ* minus quidem nutriunt, utpote huido gelatinoso à sale spoliatæ, ceu hoc ipsum ex ponratione carnis ante & post salituram institutâ, ac heicorum scorbuticorumque exemplis videre est, qui lie famelici sint, multumque comedant, propter salium tamen sanguinis indolem macilenti manent & excci, Deinde & frequentior carnium ejusmodi comeo sanguinem acriorem & scorbuticum reddit, alvumie irritatis intestinorum fibris movet, unde corpus imoresque siccantur & extenuantur. Calidiores enim nt carnes ejusmodi salitæ, quod ex siti cibos tales combos excipiente apparet. Quapropter & humidiori mpore, hyemali scilicet rectius eduntur. Salsamenta etera plane abjicienda, ceu sale fixo ad fluorem evecto fertissima, eaque propter vitiosa maximè & sanitati ociva.

Sponius *com. in Aphor Nov. s.* 4 § 14

XI. *Infumatæ* carnes propter defectum salis volatilis on bene digeruntur nec ita in chylificatione quasi evolntur ac spirituascunt. Præterea primas vias materiâ eculentâ ac Tartareâ infarciunt, obstructionibus relent, sanguinem ipsum sale quodam quasi muriatico ontaminant, ad chronicos diuturnosque morbos, scorum imprimis disponunt, uti etiam in vulgus notum. lec maceratio carnes ejusmodi emendabit, cum hac tione partes salinæ tenuiores seu alcalicæ sulphureæ tantùm eluantur, crassioribus seu magis fixis in-

terim remanentibus. Certè si absque sanitatis dis
dio & cum fructu carnibus ejusmodi uti velimus
denda juscula vel embammata, acre illud fixius c
gentia, ex nasturtio, cochlearia, raphano sinapi
vino vel sacchato parata, unde melius fermentan

Voglerus Comm. Diaet. c. 13 XII. Ad teneritudinem verò carnis procuran
maximè conducit, si animalia à jugulatione seu in
seu in partes dissecta aëri frigidiori committantu
per unum pluresque dies ad parietem vel aliund
dito interdum pondere suspendantur. Ficus arbo
Langius l. 2 Ep. 36 fluvia calida, acuta ac incisiva exspirare dicitur,
carnem gallinæ ab eâdem suspensam maturent & c
facilem reddant. Æstivo autem tempore in locis
terraneis aliisve frigidis radios Solares non admit
bus asservandæ, cum calidior ac humidior aër cito
terdum intra paucas horas carnes corrumpat. I
de quoque ad emendandam carnis duritiem fibra
que tenacitatem plurimùm facit, si diutius vel fr
tur, aut vapulent. De asservatione in aceto supra

XIII. Ratione præparationis quædam carnes
sunt, quædam assæ; *Elixæ* molliores existunt pr
humorem quasi imbibitum. *Assæ* verò aridiores, e
propter nutrimentum siccius præbentes. Elixas
eapropter assis præferendas arbitror, quod longe
modius cum iisdem variæ herbæ, fructus aliaque
stionem promoventia, ac viscera corroborantia c
possint. Assas tamen melius quàm elixas nutrire
eapropter arbitratur, quod assis uti siccioribus plus
insit, elixis verò uti humidioribus plus aquæ, ping
rem verò humorem magis spiritum innatum deti
Valentini Diss. Epist. p. 202 Carnium aperto igne assarum esus ad arthritidem
riè disponit, quod flammæ acido impraegmentur,
te quo hanc abundare, spiritus ex eâdem concentra
modum sulphuris sub campanâ deflagrantis edu

forti non cedens probat. Utræque verò eo ma- humidæ ſiccæque evadunt, quo diutius utraque præ- tio protracta fuerit. In aſſis verò interiores car- potius comedendæ quàm exteriores, quoniam me- s humiditates intus colliguntur. Veru ligno Ju- rino factum carnes, quæ in eo torrentur odore ju- o afficit; Caro verò aſſata omnis tunc optima eſt, e tollenda, cum optimè olet, odor enim ſaporis in- m eſt. Gratarolus *de Liter. Valet p.* 152

XIV. *Toſtas* carnes venenatorum naturam ſubire nciat *Matthiolus*, ſi calidæ inter duas patinas ſuf- tur, linteiſque ne exhalent, obvolvantur. *Com. in Dioſc l.* 6 *c.* 34

XV. Uti verò carnium optimum & ex naturâ quaſi dens ac debitum condimentum ſal eſt, ita ſi eæ- cum ſaccharo vel coquantur, vel nimis conſper- ur, nauſeam facilè & moleſtiam excitabunt ventri- in exceſſu vel bilioſis vel pituitoſis.

CAPUT IX.

D *avium terreſtrium carne.*

I.

um quæ in cibum veniunt non ita certus nume- s eſt, major quin maximus guloſis, ceu in famo- quadam cœnâ Vitellio Imperatori à fratre para- m millia avium genera apponebantur. Melio- o ordinis gratiâ uſitatiores ex terreſtribus tan- cenſebo. *Accipiter*, è ciborum claſſe excluditur, e carne durâ & concoctu difficili exiſtens, ceu e Hebræis eſus ejuſdem Lege Moſaicâ prohibi- t, quidam tamen aſſam melancholicis ac Epile- commendant, quod miror, cum accipitres epi- borent; Pullos accipitrum ſuaves valde ac pin- *Ariſtoteles* pronunciat. Suetonius *in vit. p.* 415 — *Leviti c. XI.* 16. — Schvvenkfeldius *p.* 185 — *lib.* 6 *hiſtor. animm. c.* 7

Alauda, vulgares imprimis quarum quartus pe- dis

Hoffmannus *l. 5 Inst. c.* 20. dis digitus pollicem repræsentans longior est,
humidique temperamenti sunt, sine excessu tam
poris gratissimi, facilè digeruntur ac bene nut
Aldrovandus *Ornith. l.* 18. *c.* 10. juniores præsertim ac pinguescentes, quales au
ac hyeme imprimis existunt. Quamvis enim
major nutrimenti copia suppetat, macerrimæ
tunc sunt, partim propter rarum corporis habit
quo sub æstum ejusmodi, quicquid inest humid
diffluit & consumitur, partim quod æstate veneri
geant, utpote quæ ter in eâ pariant, & quicq
menti nanciscuntur soboli suppeditent. Adu
difficilius digeruntur, ac eapropter non nisi
occisæ ac aromatibus conditæ non comedendæ.
ferunt alaudæ cristatæ imprimis seu galeritæ
simplici coctæ & assiduè comestæ iis qui torn
ventris, colicisque doloribus (non cœliacis u
Dioscoridem vitiosè legitur) vexantur, tam præse
l. 2 *Miscell. c.* 45 quàm curando. Quamvis autem *Smetius* levan
de nullum senserit, eo minus tamen tot Medicor
Aldrovando citatorum asserta damnanda, quod p
ac Soli diversitate animantium aliorumque ter
mentum quoque variet. Nocent calculosis, ceu
Hercul. l. 3. *c.* 4 vicibus in se ipso deprehendit *Hôferus*, qui null
renum doloribus obnoxius fuerat, asseritque car
darum, præsertim si vina tartarea accesserint, si
quippiam inesse, quod ad calculos & arenulas fo
das faciat, carni suillæ analogum, cujus saporem
guem alaudæ præferant. Non licuit autem *Hôf*
cedere in edendo numerum ternarium, nisi ec
symptomata iterum experiri voluisset. In aliis
Ridlinus *Itin. p.* 17. *Lin. Ann.* 4 *p.* 913 ginem, arthritidem, contractas manus, dolores cir
las & cervicem, vomitus aliaque symptomata ind
ut adeo non absque cautione ingerendæ sint.

III. *Aquila.* Nullus ejusdem in cibis usus ap

-reos quidem ex lege, quoniam inter aves rapaces -numeratur. Apud alias verò gentes propter carnem -ram fibrosam & excrementitiam adeoque valde insa- -brem. Pinguedo tamen ejusdem omnium avium -lidissima habetur.

IV. *Ardea*, pisciculis & anguillis nutritur, unde caro -scosum quid sapit, malè olet ac insalubris est. Pe- -ore quibusdam placet, pro ætate autem diutius assari -bet. In Gallia potissimum quæ cinerei coloris est ex- -titur. Præferuntur pulli, nocet verò caro iis, quibus -emorrhoides fluunt. Schvvenck-feldius p. 224.

V. *Arquata* seu *Numenius*, Germanis *Brach-Vogell* quod -rca mensem Junium adventare soleat, aliis *Regen-Vind-und VVetter-Vogell*, quasi tempestatis imminentis -ænuncia, avis est attageni ferè similis, facilis dige- -onis, ac nutrimentum bonum suppeditans, unde in -allia in deliciis habetur. *Aldrovando* caro solida sicca -leporinæ ferè similis videtur, fortè quod ætate pro- -ectior fuerit avis, cujus sententiæ quoque *Bellonius* est, -ui carnes ferinam resipere testatur. l. 20 c. 21

VI. *Attagen*, inter corylos versatur, unde & Germa- -is nomen, à quibusdam ad columbas sylvestres refer- -r, Italis *Francolino* audit, ob præstantiam, quod plebeiis -osdem venari interdictum, adeoque quædam quasi vi- -endi libertas ipsis concessa sit. Cæterum montana -colit, optimæque quondam ex Phrygia seu Jonia -unc ex Hyberniâ veniunt, quamvis & Sicilia iisdem -bundet. Carnem habet candidam mollem fibrisque -arentem, eaquepropter optimè nutrit, & sanguinem -robum tam qualitate quàm quantitate generat, unde -s Attagenum carnem omnes alimenti probi laudes -lius *Alexandrinus* juxta cum aliis quondam congessit. -t Divus *Hieronymus* in luxuriosum gulæque deliciis -editum invehens, attagenem eructare objecit. Bohe- Aldrovandus l. 13. c. 10 Gellius l. 7 Noct. c. 16 Martialis Xen. n. 58

miæ Magnates feriâ Paschatis aliis iis carentibus muneris loco ad multa milliaria dono mittunt. De cætero calefacit caro, & siccat, commendaturque in cibum, arthriticis, paralyticis, epilepticis, modo domi non educatus fuerit attagen. Bonum etiam colorem corpori conciliat. Assatur optimè transfixo lardo caryophyllis ac cinnamomo. Elixatur etiam superfuso liquamine ex vino saccharo & aromatibus passulisque condito.

VII. *Aureola*, seu *Galbula*, frumento vescitur, caroque ejus in cibis non ingrata. Tota flavescit ictericisque salubris vulgò habetur.

VIII. *Aurivittes* vere & autumno cum cæteris aviculis montanis frequens est, æstate rarissimè. Caro saporis nonnihil amariusculi, ac ictericis cachecticisque prodesse dicitur. Passeribus autem, ad quorum genus pertinent, paulò meliores habentur.

IX. *Calecutus* seu *Gallopavus Indicus*. Ex novo orbe primùm ad nos allatus passim hodie alitur. Præstant autem juniores seu pulli duorum triumve mensium, utpote saporis suavissimi, digestionis facilioris multique & firmi nutrimenti. Probè è jure bono coquendi, elixi enim propter carnis soliditatem assis præferuntur. Si verò, quod ut plurimum fit, assandi, fiat id lento igne, utque caro, quæ ventriculo aliàs difficulter obtemperat, tenerior atque ad esum salubrior reddatur, ad pedes avis jugulatæ & paulisper ante pendentis pondera simul annectenda. A pinguedine ejusdem aliquando in gravida, eandem in cœnâ comedente, colicam incubum referentem notavi.

Hofmannus l. 5 Inst. c. 20

V. *Columba*, præferuntur primò turricolæ, quoniam & volatu frequentiori humorem excrementitium, qui ipsis adest, quasi discutiunt & melius elixantur, namque non valde pingues esse solent, ac involucres & præsertim pulli carnem habent maximè humidam. Deinde

præ-

eſtant agreſtes propter motum, quo domeſticæ ca-
ne. Denique vernales, nec tamen autumnales reji-
ndæ, quoniam tunc melioribus granis veſcuntur.
petuntur autem in cibum quæ ſunt mediæ ætatis
iores enim bonum nutrimentum ſuppeditant, iis *Horstius L. d. ſtudioſ. ſan. p. 78*
eſertim, qui frigidis fluxionibus obnoxii ſunt. Se-
res verò propter cruditatis ſiccitatisque exceſſum
ficilioris concoctionis ſunt, craſſumque ac melancho-
um ſanguinem generant. In genere enim columbæ
nperamenti ſunt calidioris, ventriculumque ferven-
e iisdem adſcribit *Ariſtoteles*, ac præterea alimentis ſal- *L. 3 part. An. c. 7*
ac nitroſis delectantur. Conferunt pitituoſis ac phleg-
ticis, ut & ſenibus ad apoplexiam ac paralyſin in-
antibus. Ægyptii oriente alicubi peſtilentiâ nil
d in obſonium Regibus ſuis dabant, quàm colum-
, quod qui iisdem in cibo aſſiduè utuntur, peſtife- *Aldrovandus L. 15. c. 1*
morbis non corripi per experientiam deprehendiſ-
, unde & *Cardanus* in peſte cibum laudat, qui ex ju-
k carne columbarum conficitur. Præterea ſingu-
proprietate renum ex frigore dolori conferre di-
tur & teneſmum ſanant, quem cucurbita frequen-
comeſta generare ſolet. Propinantur & iis qui pa-
ſanguinis habent, quoſque calor nativus & vires
ngo morbo deſtituunt, quique aliàs viſus imbecil-
e ac ſeminis paucitate laborant. Nimius tamen
um eſus ſanguinem calidum & craſſum generat,
quidem propter defectum veſicæ bilariæ, uti vul-
volunt, qui error inde natus, quod in columbis ve-
la hæc jecori non jungatur, ceu quidem in Gallinis
cum jam *Ariſtoteles* fel columbis expreſsè adſcripſe- *L. 2 hiſtor. an. c. 15*
ventriculo, ſeu ut alii explicant, inteſtinis id ad-
re aſſerens. Vitandæ proin columbæ cholericis, *Ridlinus Lin. Am. 6 p. 429*
e florentibus, iisque qui febribus obnoxii ſunt, ca-
debilius habent, & ad epilepſiam inclinant. Lepram

Vossius l. 3 Idol. c. 91 quoque ex hac ratione continuo earundem usu generari Arabes volunt, quod tamen sine dubio non pro corporum modo sed etiam regionum temperamento rectè variat. Æstate autem cum aceto potius aut omphacio præparandæ, quàm assandæ, caputque semper abjiciendum, quod epilepsiâ laborare dicantur. An II Reg. VI. 25 autem stercus columbarum cuipiam, exemplo Samaritanorum ab hostibus obsessorum, in casu necessitatis in cibum cedere queat, impossibile arbitror, cum ventriculus & interiora inde exulcerarentur, ut adeo vel Act. Lips. Ann. 1708 p. 116 hac ex ratione mihi perplaceat interpretatio loci illius Biblici à Doctissimo Breslaviensium Theologo *Neumanno* proposita, & Samaritani non stercus columbarum comederint, sed purgamenta atque grana ejectitia frumenti ac leguminum, quibus columbæ aluntur, quæque earum stercori miscentur.

XI. *Cornicum* ac *Corvorum* caro è ciborum classe omnino ableganda, quoniam cadaveribus aliorum pascuntur, adeoque succi pravi biliosi ac putridi existunt, unde & accipitrarii ipsi carnes hujusmodi accipitri dare prohibent..

XII. *Coturnices* saporis quidem boni sunt, sanguinem tamen pituitosum viscosum ac pravum generant, febribusque ansam suppeditant. Imprimis propter helleborum, quo vescuntur, eaquepropter epilepsiâ laborant, esus illis vitandus, qui tremoribus artuum, vertigini, convulsivis affectibus ac epilepsiæ obnoxii sunt, (Ridlinus Lin. Ann. 1 p. 130) notatumque est quendam, quoties coturnicibus vescebatur, semper altero die spasmo pedum haut parum molesto correptum, cui aliàs nunquam obnoxius extiterat. (Galenus l. 6 Epid. comm. 5) Olim quoque plurimi in Boeotiâ & Thessaliâ ex comestione earundem musculorum distensionibus laborabant. (Wekkerus de Secr. l. 8 c. 10) Convenit igitur milium cum ipsis decoquere, cujus decoctum quoque iis commendatur, qui

post

post earundem esum dictis affectionibus corripiuntur. Quamvis autem hæc in quibusdam ex particulari forte ratione à coturnicum esu ita contingant, multus tamen in iisdem defendendis est *Aldrovandus*, vel ex illa solum ratione, quod non ubivis locorum helleborus pro cibo coturnicibus sit, hæque ipsæ in ditiorum mensis interdū vel centies comedantur, nemo tamen convellatur, aut tensiones ejusmodi experiatur. Etiam *Hoffmannus* easdem in vicinia Neapolis, ubi Helleboro victitare putantur, sine noxa comedit, & quidem sub autumnum. Promittit verò *Aldrovandus*, quod idem quoque *Voglerus* facit, ex esu earundem sanguinem optimæ qualitatis, & imprimis in cibum iis commendant, qui à morbis convalescunt. Ex immodica verò comestione, maximè quando pinguiores sunt, mala supra recensita existere posse concedunt, quæ & mea opinio est. Probantur aliàs & magis succulentæ sunt autumno & hyeme, ac ex partibus quidem posteriores, pulli verò in lautitiis censentur. Eduntur plerumque assæ, quod sapidiores ac salubriores tum existant.

l. 13 c. 22

l. 5 Inst. c. 5

Comm. Dias c. 17

XIII. *Curvirostra, Cruciata.* In Silesia notissima, semine cannabis mirè delectatur ac pinguescit. Saporis grati est succique boni, siccum & excrementitium nutrimentum suppeditans. Commendatur calculosis & arthriticis.

Schvvenkfeldius p. 253

XIV. *Ficedula, Ampelis*, hiante ore culices captat, unde Germanis *VVußling* etiam audit. Italis quibus magno in pretio, *Beccafigi*, quod ex ficuum esu plurimum pinguescat, pro delicato ac sapidissimo cibi genere habetur, facilè enim digeritur sanguinemque laudabilem gignit, multum nutrit, ac ægris & convalescentibus conducit, ceu *Galeni* judicio unica hæc avis tota comedenda. Meliores sunt cum non ædificant, commodè autem cum pipere præparantur. Intestina cum

sordibus omnibus aromatibus condita pro deliciis cii habentur.

Aldrovandus l. 14 c. 1 XV. *Gallorum* alii sunt tenelli adhuc seu pulli, rum caro etiam iis qui minus se exercent, facillin geritur, sanguinem bonum generat, præsertim si derate pingues fuerint, & nondum coierint aut c rierint. Utrâque enim ratione ficciores evadunt citate verò calor augetur, caroque fit durior ac f sa, quæ elixa salsuginei saporis est, major sempe vetustate. Quoniam autem pulli carnem humidi habent, commodius quoque assantur quàm elixa Galli domestici ac seniores, quorum caro adhuc e rior ficcior nitrosa & concoctu difficilis, palatoq grata, rusticis linquendi. Castratione durior ac f sior Gallorum caro, libidinis scilicet intermissione, peramenti magis humidi evadit, ac tenerior redd sanguis verò ipse temperatior. Testes eximendi nam alterutro relicto adhuc coeunt, nec saginatic Aristoteles l. 9 histor. an. c. 50 cedit; In Græcia castrabantur parte novissima sua quæ cum coëunt concidit, hanc duobus aut tribu Vossius l. 3 Idolol. c. 91 ramentis adurebant; mirum autem cum Græci G castrarent, proprium tamen vocabulum, quo ita stos nominarent, ipsis defuisse, Latini *capones* vulg cant. Sunt autem hi carne teneriore, multum nutr præstantque reliquis ex hoc genere, imprimis tr aut hordeo puro saginati. Hoc ipsum verò dun caveæ nullatenus includendi, ita enim multum hu ris excrementitii congerunt; Caponum autem modi caro communiter arthriticis prohibetur aut Consil. 105. & 246. *Cratonis* trium quondam Impp. Archiatri, qui non u loco eas tanquam podagricis noxias damnârat, quod copiosum nimis nutrimentum præbeant, è contra podagricis tenuior potius diæta competa inde quod capones ipsi podagrâ laborent. Veru

caponibus in cavea saginatis nemo negaverit, eos articulos debiliores habent maximè ab iisdem affi-, ita non caponum tantùm, sed quorumvis etiam sa- berrimorum ciborum nimius & interperatior usus rthriticis nocet, ac ipse *Crato* rectè distinguit inter fre- entiorem & parciorem caponum esum, qui in arthri- is nequaquam reprehendi possit. Imo caponum ca- commendanda potius iisdem videtur, partim quod gelatinosa sua substantia multum salis volatilis aci- m ejusmodi morbosum corrigentis contineat, par- n quod sit facillimæ digestionis succique saluberrimi, ales cibi hoc in morbo maximè requiruntur. Eos- m verò podagræ obnoxios existere majori scrutinio iget, nec ita simpliciter asserendum, legique omni- merentur, quæ Illustris Noster *Schrökkius* circa hæc ribus explicat. Eorundem tamen carnes aperto e assatas ad arthritidem eâ ratione disponere impro- bile non est, quod ita flammæ acido impraegnentur. Gallis etiam considerantur primò *cristæ*, quod apud manos in maximis deliciis erant, memoraturque *gabalus*, cui nulla nisi in voluptatis novæ exquisitâ one vita erat, easdem Gallinaceis viventibus devo- e. Nisi autem bene præparentur propter siccita- n & duritiem nullius usus evadunt, difficulter scili- coquuntur, succum crassum & pituitosum suppedi- , ac parum nutriunt. Deinde *cerebrum*, cujus hu- itas adjecto pipere corrigenda, intellectum arguere itur. *Jecur*, *ventriculus*, qui suavitate reliquarum m ventriculos superat, & uberrimè nutrit. *Testes* æsertim si Galli lacte nutriti sunt, præ reliquis s omnibus commendantur, utpote facillimæ di- onis boni succi, multique nutrimenti. Convale- tibus, marasmoque & hecticâ laborantibus admo- conducunt, nec minus & semen prolificum sup- pedi-

Schrökkius in Misc. C. Dec. 2 Ann. 4 Obs. 174

Consil. 246

Valentini Diss. Epistol. p. 202

Galenus l. 3 fac. alim. c. 21

ditant. *Alæ* ab Octobri ad Aprilem laudantur. Cir *jura Galli* notandum, bonum illa ac multum nutrimen tum suppeditare, jus verò Galli veteris propter nitros tatem, quam diutiori elixatione majorem adhuc co trahit, abstergere, aperire, flatus dissipare, alvum so vere, inque febribus chronicis, ut & Asthmaticis, arthr ticis, nephriticis melancholicis conducere; Eligunt autem ad jus ejusmodi Galli potissimum ruffi, ad m tum alacres, ad coitum ardentes, ad dimicandum fo tes, inter obesos ac macilentos medii. *Juris consumm* quod ex Gallo contuso paratur, phthisicisque aut iis q ex morbo convalescunt, nec non puerperis datur, a ratio est, hæc ipsa enim cum maximam partem ex pi guibus ac oleosis partibus constent, stomachum firmi rem, qui pinguiora ejusmodi digerat, requirunt, un etiam in ventriculis imbecillioribus cruditas nidor exin observatur, adeoque dictis personis interdum n admodum convenire videntur.

XVI. *Gallinarum* caro omni ætati salubris est, ac eg gium nutrimentum suppeditat, etiam sedentariis ac li ratis, quique laboribus non ita exercentur; Gallor carnem superat, nisi hi fuerint castrati. Cum verò g linæ non raro ægrotæ sint, alvi profluviis ac gravedi laborent, non promiscuè in usum trahendæ. Laud tur ex pullis, qui sex circiter septimanarum sunt, ex g linis verò annuæ, Februario imprimis ac Martio mes Schvvenkfeldius *Ther.* p. 267 Quo adultiores autem sunt, eò ficciorem quoque & brosiorem habent carnem. Juniores commodè ass tur, seniores verò, quæque per unum atque alter Aldrovandus *l. 14 c. 1* annum pepererunt, rectius elixantur, caroque galli rum quæ non pepererunt, melior est & levior. Cast tarum gallinarum caro candidior melior & magis bilis est, facileque & citò coquitur. Cerebrum g narum ad cerebrum ac memoriam confortandam a

co

...are volunt, ut quidam qui delirare jam cœperunt ...a ejusdem restituti legantur. Uropygium lauda- ...rnosum & pingue, nimia tamen pinguedo illius ...osa est. Jura gallinarũ sanguinem corporis nostri ...erant, conferuntque imprimis in affectibus pecto- ...stuque febrili. Nec minus & optima leprosis ...ntur. Rolfincius l. 2 Ord. Cons 18 Villanovanus comm in Salern. c. 29.

...VII. *Grues* apud Romanos tanto in pretio erant, ...ximis impensis ex Melo Cretici maris Insulâ, o- ...m rotundissimâ, advehendas curarent, unde & apud ... grues Melicæ occurrunt. Inter cæteras quoq; ... quas Indi Regibus suis donariorum instar offe- ...t, grues primo loco ceu gratiores recenset *Ælia-* ... Et apud Gallos hodie in cibos hybernos veniunt, ...neriores redduntur, si illarum à collo pendentium ...us, ceu quoque supra dictum, pondus grave alli- ..., ac per diem & noctem ita relinquantur, dein ve- ...yophyllis perfossæ, ac pipere conspersæ assentur. ...um carnem habent crassam, duram & fibrosam, ...concoctu difficilis & malum sanguinem generat. ...dæ verò ad usum, quæ per falconem aut aliam ...rapacem captæ, nec unquam absque vini haustu ...dendæ. Colicis in cibo prodesse, & jus earum ...n clarificare volunt. Plinius l. 19 c. 23 Solinus po- lyhist. c. 17. p. 264 l. 9 Noct. c. 16. l. 13 histor. anim. c. 25 Aldrovandus l. 20. c. 6

...VIII. *Hirundo*, fortè non nisi à pauperculis in ci- ...expetitur, alimentumque suppeditare dicitur, fer- ...n admodum, frequentius tamen comesta epile- ... curare ac partum accelerare. Vulgi opinio est, ...s pullum hirundinis comederit, eum toto anno ...gina non periclitaturum. Celsus l. 4 c 4 Plinius l. 30 c. 4 Aldrovandus l. 18 c. 2

...IX. *Luscinia*, vox est, ceu eleganter *Plinius* osten- ...ætereaque nihil. Cibum tamen fertur suppedi- ...on insuavem, nec insalubrem. *Ælianus* carnes ...dem comestas ad somnum fugandum & noctur- l. 10 c. 29 l. 1 histor. Anim. c. 45

X nas

nas vigilias conciliandas conducere refert, fortè lusciniæ ipsæ de nocte minimum dormiant. Com dantur & cachecticis in cibum.

XX. *Merula*. Locustis ac vermibus pasci Carne sunt calidâ siccâ duriore ac fibrosâ tardè runtur, parumque alunt. Præterea alvum sistunt, quoque dysentericis in cibum conveniunt. Non t ita ut turdi conducunt, cum quibus capiuntur, t suavitate & facili cocturâ inferiores. *Galenus* a easdem inter cibos laudabiles recensent, quæ neq nuem neque crassum succum gignant. Roman

Horatius l. 2 Serm. ctore earum maximè delectabantur,

tum pectore adusto
Vidimus & merulas poni.

Eligendæ sunt juniores ac pingues, laqueis vel r captæ, quidam & à noctuâ captas præferunt, sec que ratione. Sapidiores evadunt, si ex Apicii co cum porro conciso, cumino, passo, satureja, vi musto coquantur. Qui hæmorrhoidibus cancro ulceribus vexantur, ab esu earundem abstineant.

Vossius l. 3 Idolol. c. 87 Com. in Salern. c. 29

XXI. *Otis*, seu *Tarda*, ex anserum genere est & gibus vescitur, sic dicta quod propter obesitat pondus corporis tardè subvolet & citò deficiat. *P vanus* ex sylvestrium gallinarum genere censet. verò hujus avis imprimis in Hollandiâ magna c quo sub autumnum gregatim advolat, inque agris, cul ab urbibus dissitis considet. Tanta verò e magnitudo, ut agros ejusmodi quos obsident, ab o quasi grege occupatos quispiam judicet. Carne rum *Galenus* anserinâ duriorem pronunciat, simu valde excrementitiam, iisque vitandam, qui in t victus ratione salubritatem quærunt. E contra phon, *Villanovanus* aliique avem delicatam carnes su simas, optimique succi statuunt, inque conviviis c

Aldrovandus l. 13 c. 12

l. 3 facult. Alim. c. 20

l. 1 Exped. Cyr. p. 215

is avibus præferunt, quæ contrarietas forte ex diversa præparatione oritur, quæ in recentiori ævo exquisitior ac *Galeni* quidem tempore erat. Nec enim statim ac capta & jugulata est avis, culinæ inferenda, sed per dies aliquot tenerior primum reddenda, ceu cum carnibus durioribus aliis instituitur. Deinde Tarda junior tantum in cibum trahenda, & solùm ab iis quibus firmior ventriculi constitutio obtigit, quo melius enim in stomacho digeritur, eò valentius alit. Insignis verò *Plinii* error notandus, qui aves has in cibis damnatas statuit, idque propter fœtidum odorem medullæ ossibus emissæ. Confudit enim sine dubio haut secus ac *Athenæus* fecit, otidem hanc cum oto ave, quam capite serpenti bubone minorem statuit, has ipsas verò propter vitium carnis ineptas dixit *Aristoteles*. Cæterum otide ave eos abstinere jubet *Hippocrates* qui Epilepsiâ laborant. *l. 20 c. 22.* *Vossius l. 3 Idolol. c. 83* *l. 9 histor. Anim c. 28* *lib. de morb. sacro.*

XXII. *Palumbes.* Bonitate columbis cedunt, quas caliditate & siccitate superant, difficulter digeruntur, nec succum adeo bonum suppeditant, imprimis annosi, quandoque enim ad annum quinquagesimum pertingunt. Alvum præterea constipant, unde in diarrhoeis ac dysenteriis nec non mensium fluore nimio pro cibo serviunt. A quibusdam hyeme tantum in cibum conceduntur, & quidem quoad partes anteriores, e diutius maceratæ, tumque nervorum vitiis utiles habentur. Etiam *Vossius l. 3 Idol. c. 79*

Inguina torquati tardant hebetantque palumbi
Non edat hanc volucrem, qui cupit esse salax. *Martialis in Xen. n. 64*

XXIII. *Passeres* carne sunt justo calidiore & sicciore, saporis ingrati, digestionis difficilis, alimentumque potius succum suppeditant pravum biliosum ac melancholicum febricitantibus imprimis ac hypochondriacis vitandum. A cerebris passerum vesperi avidius *Timæus Consil. Diat. p. 118*

Crugerus in Misc. C. Dec. 2 An. 3 obs. 190

comestis quædam de nocte epilepsia corripitur, sibilum ore pip. pip. emittens, brachiaque & manus corpori allidens, non sine adstantium stupore, quoniam exacte passerum congressum & epilepsiam imitabatur. Colicam autem hystericam fuisse opinor. Quoniam sub autumno optimo pabulo nutriuntur passeres, succique melioris fiunt, ac pinguescunt, ideo tum præstant, & venereis imprimis, quibus etiam expetuntur, in cibum suppeditandi. Hoc enim aviculatum genus omnium salacissimum est, & cerebella eorundem venerem maximè stimulare dicuntur. Præterea in cibum commendantur assi imprimis, quartanariis, tympaniticis, calculo renum, suppressione urinæ, nec non arthritide laborantibus, epilepticis quoque, nam caliditate suâ ac siccitate humores corrigunt, à quibus epilepsia causatur, quod tamen modo recensitæ Crugerianæ observationi non adversatur, siquidem hæc ipsa ceu dictum colica tantum hysterica fuit. Quod enim quidam passeres epilepsiâ laborare, adeoque ipsos homines epilepticos reddere statuant, illud ceu experientiæ contrarium exploditur.

Zacutus l. 2 histor. princ. c. 119
Aldrovandus l. 15 c. 10
Ettmullerus Coll. in Schröd. To. 2 op. p. 508

XXIV. *Parus.* Diversorum generum sunt. Apud Silesios in cibum veniunt autumno ac hyeme, saporisque non ingrati existunt, nec succi pravi. In renum calculo colicisque cruciatibus conducere dicuntur.

Schvvenkfeldius p. 321

XXV. *Pavo.* Ex India primum ad nos delatus, avis olim rarissima Regibusque saltem nota. Carne est frigidiore, scciore duriore ac fibrosa, quæque cocta ad annum duret. Vidit *Aldrovandus* frustum carnis ante annos sex coctum, foraminibus quibusdam rotundis cribri modo pervium, ex quibus si leviter quateretur pulvis excidebat, non aliter ac ex arboribus quibusdam caries, pulvis erat saporis salsi ac subamari, frustum autem ipsum odore ad fœniculdm proximè accedebat,

Zacchias Qu. l. 4 p. 362
Ornithol. l. 13 c. 2

Quibus vita sedentaria est ac parum moventur,
in viscerum obstructionibus ac hæmorrhoidibus
ii sunt, pavonum esu abstineant, subitas mortes
nte statam senectutem *Juvenalis* inde arguit. Epi- *Sat. 1*
s verò & vertiginosis commendantur. Præpa-
optimè si appensis ad pedes ponderibus per diem
atque alterum suspendantur, fibræque distractio-
smodi laxentur, & sic caro mollior reddatur.
quidam laudant, juniorum imprimis superfuso
ine ex vino aromatibusque condito, præstant
elixi cum pipere & similibus. Nimis enim ex-
cum aromatibus assatio carnem hanc suapte na-
cam, magis induraret. Vinum autem genero-
mper superbibendum. Etiam in cerebellis pa- *Suetonius*
i luxuria Romanorum quondam occupabatur, *p. 415*
antur que eadem in famosâ patinâ Vitellii Imp.
s suo loco.

XVI. *Perdix*, Ausoniis quondam rarissima men- *Martialis*
que Gallia quoque nobilioribus tantum mensis *Xen. Epig. 62*
estinata. Carolus enim IV. Rex edicto vetuit,
liis quàm nobilibus, & quidem merum domi-
abentibus caperentur. Juniores naturæ calidis-
ad coitum ferventissimæ existunt, unde & ma- *Wekkerus*
rum ex Zelotypiâ sæpissimè inter se decertant. *de secr. l. 8. c. 8*
autem temperamenti sunt frigidioris & siccio-
audantur circa finem æstatis, Julio, Augusto,
bri, quæque septem octove septimanarum sunt.
ac citò digeruntur, bonumque tenue & subtile,
niis imprimis ac convalescentibus proficuum
entum suppeditant, sanguinemque crassiorem,
in corpore inveniant, extenuant. Nimiam ven-
umiditatem quasi absorbent, eumque siccant
rant & alvum sistunt, unde *Hippocrates* in alvi *l. 3 diat.*
rdicum carnibus assis etiam citra condimenta

 uten-

utendum suadet. Ex aceto tamen comesta melius p
derit. Conducunt præterea hydropicis lue venere
leprâ laborantibus, jusque illarum ictero resistit. I
super memoriam augent, impinguant, semen genera
veneremque excitant. Jecinora verò contra epi
psiam prosunt, imprimis si circa quadraturas lunæ
cibum veniant, & per aliquod tempus continuent
Assæ perdices alimentum solidius suppeditant, & a
imprimis laudantur, non tamen seniorum ac macile
tarum, teneriores etiam redduntur si post occision
per diem unum atque alterum in aëre suspendant
Pessimæ existunt perdices, cum aliis vescuntur, tumq
caro earum fœtet, ut ne ab aucupe quidem in cib
expetatur.

Schvveuk-feldius p. 328

Porta mag. Natur. l. 14. c. 7

XXVII. *Phasianus*, à Phaside Colchidis fluvio in E
ropam transvectus & nuncupatus, quamvis vulgus qu
faciens sanum dictum velit. Sapore ac carnis boni
te omnibus avibus meritò præferuntur, sed ob preti
Principum duntaxat ac Magnatum mensis asservant
Sanguinem generant probum ac impinguant, unde E
cticis tabidis, aliorumque morborum diuturnitate en
vatis, nec non convalescentibus conducunt. Edei
autem pulli & fracescentes, tum enim sapidiores. A
tequam præparantur hyeme per tres dies, æstate ye
per duos è pedibus suspendi debent. Ad majorem g
læ voluptatem olim etiam vapore calido ex aquis p
netrante coquebant qui ad ossa perveniret, & super
ciem carnis non dissolveret. Sunt qui hyeme min
salubres existant. Eo itaque tempore pectus, cujus
ro reliqua siccior est, tuto concedi potest. Asserva
autem cœlo soloq; frigido, eoque liberiore ac eum m

Aldrovandus l. 13. c. 5

Vossius l. 3 Idol. c. 91

XXVIII. *Picus martius*. Caro culices ac vermic
redolet adeoque insalubris meritò pronunciatur.

Jonstonus Syntag. part. Diat.

XXIX. *Psittacus*, ab incolis Grachanæ novi or
Insu

Aldrovandus l. 11 c. 1

insulæ, ubi frequentiores sunt, in ciborum deliciis habentur, magnoque studio saginantur. Apud nos non nisi Heliogabalus quispiam & propter raritatem quidem, easdem comederet. Commendantur aliàs in cibum Ictericis. Dolæus *Encycl. med. l.* 3 *cap.* 8

XXX. *Rusticola, Gallinago, Scolopax.* Ad naturam perdicis, ejusque temperamentum accedit, ceu quoq; quibusdam perdix rustica & sylvestris audit, ac perdice campestri seu vulgari major est, caroque ejus minus albet, sed ad rubedinem inclinat. Carne sunt suavi bonumque succum suppeditant, magis verò hyeme quàm aliis temporibus conveniunt, fortè quod pinguiores tunc sint. Laudatur adversus calculum. Schwenckfeldius *p.* 319

XXXI. *Sturnus.* Comedendi juvenculi ac tenelli, egregiumque tunc nutrimentum suppeditant. *Galenus* certè proximum iis locum ab attagene assignat, iisque conferre statuit, qui graciles ac sicco corpore sunt, calculoque laborant. Annosi verò carne sunt duriore & difficilius digeruntur, sanguinemque melancholicum generant, illis imprimis vitandi, qui hæmorrhoidibus maximè dolorificis afficiuntur, præstant autumno ac tempore vindemiæ, quoniam tunc optimo pabulo, maturescentibus scilicet uvis aluntur, quoniam esu sapor virosus, quem aliàs à cicuta, pabulo ordinario, habent, emendatur. Montani etiam palustribus præferendi, hi enim saporis extranei, succique deterioris. Si mox post capturam capita amputentur, suaviores redduntur. *l.* 6 *de sanit. tuend.*

XXXII. *Tetragon, Urogallus.* In altissimis montium magis frigidissimisque locis versantur, nec cœlum tepidum tolerant. Saporis sunt gratissimi, ut ne phasianis quidem cedant, adeo ut Principum mensis tantùm nati videantur. Facilè enim digeruntur ac bene nutriunt, nisi annosiores sint. Aldrovan *l.* 13 *c.* 6

XXXIII.

XXXIII. *Turdus* inter aves primatum obtinet, ju illud *Horatii*: Nil melius turdo, & *Martialis*:

l. 1 Ep. 15 Xen. n. 89

Inter aves turdus si quis me judice certet,
Inter quadrupedes gloria prima lepus.

Aldrovandus l. 16 c. 1 Et certè à Romanis olim tantis in deliciis habiti, ta numero in aviariis saginati, ut ex eorum fimo a aliquando stercorarentur, cumque nostro tempore t dorum saginandorum nullus amplius curam gerat, plurimum adhuc macri, quales capiuntur, statim culinas transferantur, ea quoque saporis suavitas in dem existere nequit. Pinguiores, quales vinden tempore, & montani præstant, utpote gratissimi sa ris, ac digestionis facilioris, nutrimentumque, *Hoffma no* quidem judice, profecto bonum suppeditantes. *vanarola* quondam turdos difficilis digestionis pron ciavit, quod ipsum tamen pluribus à *Matthiolo* refu tur, ex illa ratione imprimis, quod turdi optimis vi tent cibis, ficubus, uvis, olivis myrtique & juni baccis, quas caro sæpe redolet, quodque degant in m tibus ac vineis, ubi saluberrimus aër est, quodque a sint canoræ, manifesto argumento, melancholico su easdem haut quaquam abundare; unde & idem *Ma thiolus* etiam ipsis quartanariis in cibum concedit. Pr terea turdorum caro urinas prolicit, alvumque co bet, adeoque calculosis arthriticis ac dysentericis p dest, & quoniam nutrimentum calidum & siccum s peditat, in ventriculo quoque debiliori, ac paralysi, milisque generis affectibus.

(Margin notes: l. 5 Instit. c. 8; l. 1 Epist. 37; Schvvenkfeldius p. 360)

Aldrovandus l. 15 c. 10 Mostellar. act. 1 XXXIV. *Turtur*. Caro illorum omni semper in mensis grata existit, jamque apud *Plautum* inter bos lautiores numeratur. Laudantur imprimis p guiores, tales autem evadunt milio in mulso ma rato, & quidem ita, ut tandem nimio pinguedinis fartu strangulentur. Nec enim morbo aliquo tab

ut senectâ conficiuntur. Præpingues tamen non adeo salubres sunt, propter nativam eorum humiditatem, quæ pinguedinis humorem noxium ac laxiorem reddit. Adhibendi etiam in cibum novelli non majores cuniculis, deinde montani, utpote ficciores nec nuper jugulati, aut pridianis recentiores. Magnos etiam præstare ex *Juvenalis* loco quodam colligere est, cujus verba sunt, carituras turture magno, mullorumque jubis; nisi turturis vocem de pisce explices, quæ *Lubini* commentatoris suspicio est. *Nicolaus Massa* turturum carnem sapientum cibum pronunciavit, nec absque ratione, cum enim sanguinem tenuem & siccum adeoque laudabilem generet, spiritus quoque animales peragendis intellectus ac rationis functionibus aptissimos inde suppeditari necesse est. Quoniam verò alvum sistunt in diarrhoeis ac dysenteriis commodum cibum suppeditant, assi imprimis ac caryophyllis integris transfixi. *Trallianus* quoque tympaniticis colicisque permittit, forte quod stomacho conducant, quidam & nephriticis convenire statuunt, pinguedo certè renibus ac inguinibus inuncta calculosis opitulatur. Ab Erysipelate etiam praeservare, si in conclavi detineantur, non vana practicorum observatio est, adeo ut in turturibus illo tempore, quo aliàs ægra quædam erysipelate correpta fuerat, insuetus quidam languor notatus fuerit, hicque ex capitibus eorum pendentibus, ac abstinentiâ à cibo paruerit. Cæterum clunes quondam apud veteres in deliciis exstitisse ex *Martialis* verbis apparet.

Sat. 6 v. 39

Hoffmannus Clav. Schröd.

Ridlinus Lin. Ann. 4 p. 459

Cereus immodicis turtur te clunibus implet.

CAPUT X.

De Avium Aquaticarum carne

ANAS, à Catone Censorio in deliciis posita, ac cum oleribus semper in cibum suppeditata, si quis de

 fami-

Plutarchus de vit. p. 130 familiâ suâ ægrotaret. Sed homo durus ac ro
Vossius l. 3 ex suo temperamento ac viribus cæteros metiti
Idolol. c. 93 viter errabat, carnem enim anatum, ut & reliq
avium, quæ in paludibus ac aquis degunt, humi
excrementitiam rectè jam *Hippocrates* pronuncia
l. 2 vict. rat. super & crassæ duræ ac concoctu difficiles existu
de è ventriculo descendunt eumque gravant, fl
Voglerus tiisque ansam dant, unde hypochondriacis, col
comm. Diat. affectui obnoxiis & vulneratis non conveniunt.
c. 17 que omnium avium domesticarum calidissima
etiam carnes valde calefaciunt, ut interdum feb
ducant, unde & hyeme inque locis septentrionalib
gis conveniunt, minus autem in febricitantibu
Aldrovandus que morbis calidis. Caliditati certè earum adsi
l. 19 c. 24 dum, quod, si quidem caro in ventriculo firmio
concoquatur, flatus discutiat, vocem acutiorem
riorem reddat, bene nutriat, ac plus quàm cæte
nes impinguet, semenque augeat. Eligendæ ver
sunt unius anni, longævæ enim maximè improb
uti è contra pulli præ cæteris expetuntur. Deinc
que præstant, quæ libero cælo aquisque fluentibu
tur, quales *sylvestres*, quarū septendecim species re
Theriot. Si- *Swenkfeldius*. *Domestica* enim quæ in urbibus vers
les. p. 215 spurcissimis ac fœdissimis cibariis vivunt, cœn
& sordes, quæ è culinis everruntur, devorant n
latu se exercent, non eam saporis jucunditatem h
& ad cibum deteriores sunt, utpote succum mela
licum suppeditantes, & sanguinem ad corrupti
Ettmullerus disponentes. Cum enim ranis ac bufonibus anat
To. 1 op. p. 803 scantur, ex pulvere quoque earundem ad duritie
ctarum sive assarum, si in lacum inspergatur, int
ras ranas bufonesque generari, imo id ipsum eti
simo ex cadavere anatis putrefacto fieri dicunt:
fortè ratio quoque, cur anatum esus tempore pe

k in lue venereâ noxius censeatur, propter corruptum
licet quod suppeditant nutrimentum. Assæ autem
maximè comedendæ herbis odoratis conditæ, melio-
resque existunt, si ante mactationem insufflentur, & de-
um biduo post comedantur. Æstate tamen si diu-
us serventur, seu assæ sive elixæ fuerint, vermes in-
scuntur. Sale conditæ ac decrepitæ Judæis linquen-
dæ, quibus assiduè in cibum veniunt, & fortè eapropter
melancholici plumbeique coloris existunt. Præ cæte-
rum autem ejus partibus pectus & cervicem *Martialis* *Xen. n. 49*
commendat.

Tota quidem ponatur anas, sed pectore tantum,
Et cervice sapit, cætera redde coquo.

Deinde & alæ ac jecur admodum probantur, sed ga- *l. 5 Inst. c. 20*
norum hoc pronunciat *Hoffmannus*, partes enim posti-
cæ æque bonæ sunt.

II. *Anser*, tanto quondam apud Ægyptios in pre- Diodorus Si-
tio erat, ut esum eorundem Regibus suis, quibus quo- culus *l. 1 c. 70*
tidiani cibi potestas integra non erat, concederent. Ca-
ro tamen illorum dura est, cunctisque avibus crassior,
concoctu difficilis & propter nimiam humiditatem val-
de excrementitia, sanguinem pravum ac vitiosum ge-
nerans, unde quoque copiosior eorundem esus febres
inducit. Recensetur etiam inter cibos peculiari vi epi- Doleus *l. 1*
lepsiam excitantes, certè qui malo huic obnoxii sunt, *Encycl. med.*
is valde vitanda. Exstant quoque exempla cardialgiæ *c. 9*
gravissimæ ab esu carnis ejusmodi imprimis in senibus. Bierlingius
Arthriticis verò esus illorum maximè noxius. Cæte- *Adv. Curios.*
rum si caro in stomacho valentiori bene digeratur, *obs. 35 schol.*
solidum ac firmum alimentum suppeditat, semen au-
get & ad venerem incitat. Commode verò in cibum Plinius
veniunt hyeme, ab æstate enim in autumnum morbo *l. 29. c. 3*
conflictari dicuntur, ceu quoque interdum lue pedicu-
lari laborant. In Germania passim circa Divi Martini Paullinus
cent. 1 obs. 5

festum usitatissimus cibus est, ceu in Italia die om
Sanctorum in singulis ferè ædibus comeduntur.
feruntur autem juniores adultioribus, quo magis
senescunt eo deteriorem succum præbent. Lo
verò evadunt anseres, ac meminit *Albertus Magnus*
Boëthius l. 1 hist. Anglic. p. 14 dam qui annum sexagesimum excesserat. In A
anseres juniores, antequam primam mutant plu
loco lautarum epularum habentur, cum creverin
Ridlinus Lin. Am. 5 p. 75 item. Semestres ad saginam magis idonei, &
cum pane eosdem cito pinguiores reddit, ex h
verò caro eorum albidior evadit. Judæi globuli
naceis eosdem infarciunt. Deinde præferuntur
que agrestes, ut & fœmellæ maribus. Tenerior
caro anserum redditur, si è collo per unum atque
rum diem suspendantur, cum pondere quodam
bus appenso. Quidam accipitribus avibusque al
Porta mag. Nat. l. 14 c. 1 & 9 pacibus objiciunt; Dum enim præliantur, aufug
& aliquantisper accipitrum unguibus detinentur
riisque ictibus confodiuntur, mirum dictu quo
tenerescant. Vivum anserem excoquendi modum
dit *Porta*. Ex partibus verò anserinis imprimis
apud Romanos magni fiebat, quod ipsum ut in m
quàm maximam excresceret, tenerimumque evad
anserem ficubus maximè alebant. Fit hujus m
l. 2 Satyr. 8 v. 88. apud *Horatium*:

Pinguibus & ficis pastum jecur anseris albi.

l. 10 c. 22 Et jam *Plinii* ævo in quæstione fuit, cui honor
inventi tribuendus esset. Exin laudantur *alæ*, qua
lenus semper excipit, cum partes anseris alias veluti
ras, concoctu difficiles & excrementitias rejiceret, q
laudem etiam merentur, sive gustûs suavitatem siv
lubritatem respicias. Facilè enim concoquuntur &
ne nutriunt, idque quoniam præ cæteris partibus
ventur ac exercentur. Post hæc veniunt *collum*, si

lem sanguine intercutaneo caruerit, dein *ventriculus*, quibusdam nec immerito primo loco positus; *Adeps* vulgo partium tenuiorum, magisque digerere asseritur, t gallinaceus, calidior est suillo ac penetrantior, de cujusdem medico externo, qui huc non pertinet, pro- lixè agit *Aldrovandus*. Internè verò emollit resolvit- que ac conducit pectori alvoque obstructæ. Puerperæ Bohæmia ipsi butyro in cibis præferunt. *Anseres* [illegible] Judæis maximè usitati sunt, qui ex iis plerumque elancholici, mali coloris, & ex pallido nigri evadunt. ummo indurati iis maximè vitandi, qui ad faciei rubo- rem inclinant. *l. 19 c.* [illegible]

III. *Anser sylvestris*, quoniam magis se movet, & lon- inquius circumvolat, non excrementis ut domesticus atet, carne tamen crudiori est, ut aliquando tribus integris diebus excocta emolliri non potuerit, quin ca- nibus dein objecta, aliisque animalibus intacta manse- it. Laudatur aliàs mense Octobri. Vossius *l. 3 Idol. c. 79*

IV. *Anser Bassanus* carnem obtinet nigram ac duram, tamque assatur pisces, quibus nutritur, vehementer [illegible]dolentem, unde & ad febres disponit. Jonstonus *Syntag. part. Diæt.*

V. *Ardea stellaris*, potius ob voluptatem commen- tur, quæ in venatu se offert, quo quidem nil admirabi- lius jucundiusque esse dicitur. Caro enim earum dura fibrosa imprimis existit, gustantibusque graviter, & feculenti quippiam olet, unde etiam minus salubris est. illorum tamen caro, quoniam non ita olet, præfertur, ra ætate verò diutius assanda est. Etiam pectus reli- quis partibus vulgò præponitur, & ex ardeis ipsis, quæ lore sunt cinereo, Galliæ quidem Magnatibus placent. Aldrovandus *l. 20 c. 8*

VI. *Ciconia*. Rarissimè in cibū veniunt, tum ob flavam brosam & præduram carnem, tum quod serpentibus nis lacertis, luridisque bestiolis vescantur, adeoque venenatis & ipsæ habeantur, quamvis *Estmullerus*

Coll in Schröder. p. 804 ac *Dolaus* contrarium ostendant, ac ciconiæ e
Encycl. med. guini imprimis vim alexipharmacam tribuan
l. 4 c. 5 quoque aliquando *Aldrovandus* ex adolescent
l. 20 c. 2 pullo optime parato, prius diu macerato, her
ac aromatum multorum infartu condito, nequ
exui in totum potuit sylvestre illud, & à natu
abhorrens, ut non gustu paulo exquisitiore d
deretur. Adultam autem ciconiam absque p
fensione non gustari posse arbitratur. Edeb
l. 2 Satyr. 2 men *Horatii* ævo, cujus hæc in luxuriosos inv

Tutus erat Rhombus, tutoque ciconia n
Donec vos autor docuit Prætorius.

Commendant quidam esum earundem tempo
mis verno, arthriticis, Ischiadicisque, ac nervo
sionibus & convulsionibus correptis, ut & lip
oculorum laborantibus. Anatomen ciconiæ
Thesaur. pract. p. 806 *Bierlingius*, in eaque deprehendit linguam in to
tilagineam, parvamque, primi articuli pollici
unde patet error vulgi, linguâ illam carere opi

VII. *Cygnus* carnem habet ex nigro rubran
rem, ac anseres, nec minus excrementitiam,
aquaticæ omnes. Difficulter concoquuntu
nemque vitiosum crassum ac melancholicum
Vossius l. 3 Idolol. c. 93. tant. Pulli tamen ad lautiores epulas adhiben
terum cygni olim saginabantur oculis prius
ac tenebricoso quodam loco inclusi. Commod
phyllis transfiguntur assanturque, ita tamen u
terve dies post interfectionem abierit.

Aldrovandus l. 19 c. 14 VIII. *Fulica*. Grave ac palustre quid olet
prius in olla aperta elixandæ, ut odor virulent
let, dein assandæ ac condiendæ, ita enim sap
tur gratior, facilè digeritur, bonumque nutri
Svvenkfeldius p. 264 suppeditant, quod tamen quidam biliosum
Cor earundem etiam crudarum, epilepticis co
citur.

IX. *Phœnicurus, Rubicilla*, linguam sapidissimam ha-e, juxta illud *Martialis*: *Xen. n. 98*

Dat mihi penna rubens nomen, sed lingua gulosis,
Nostra sapit, quid si garrula lingua foret.

æterea & cerebellum in deliciis erat. Caligula Cæ-r avem hanc tantis in deliciis habuit, ut cum exqui-issimis hostiis sibi sacrificari vellet, cum pavonibus ... ionibusque & phœnicopteros eligeret. *Suetonius c. 22*

X. *Pluvialis*. In Gallia inter cupedias habetur, eo-emque quo lepus pretio aliquando venit, adeoque nec xenteratur. *Aldrovandus l. 20 c. 13*

XI. *Rostrula* pari modo interaneis non repurgatis ...tur, cumque fimo comeditur, ac suavissimum ci-m suppeditat.

XII. *Vanellus*. Ad piscinas paludesque degit, ver-... gratia, quibus vescitur. Autumno maxime ca-..r, inque cibum venit, utpote saporis non ingrati, ... ucci improbi. *Svvenkfel-dius p. 366*

CAPUT XI.

De Ovis.

I.

...a optima sunt recentia ac plenilunio exclusa, can-dida parva, oblonga.

...nga quibus facies ovis erit illa memento,
... succi melioris, & ut magis alba rotundis
...onere. *Horatius l. 2 Sat. 4*

...I. Vitanda autem pallida, quæ naturæ magis aqueæ ...nt. Quamvis enim quo ovum recentius eo albi-...oque existat, ac ætate sensim obfuscetur, facile distingui hæc possunt. Deinde vetusta, quæ ce-...rumque, & quoad partem latiorem inania sunt, ... suâ aquas supernatant, quibus experimenti gra-...mittuntur. Præterea vitellum dum aperiuntur vel

Aldrovandus l. 19 c. 149. vel refringuntur, quaquaversum diffluentem habe
cum è contra si aperto ovo vitellus integer mans
atque in medio ejus gutta rubicunda, velut sangu
apparuerit, bonitatis signum sit. Denique incubata
quæ fastidiosa. Quidam tamen post duorum aut t
Harveus l. d. Gener. Ann. p. 45 dierum incubationem suavius sapere quàm requieta
stimant, quasi blando gallinæ tepore denuò refoci
ad naturam atque integritatem recentium reverte
tur. Subventanea quoque seu Zephyria minus sap
humida magis atque inutilia sunt; Vulgi opinio e
dem ex esu araneorum terrestrium existere. Sun
parva, prorsus rotunda, nec oblonga absque vit
Ridlinus Lin. Ann. 5 p. 385. 966 Ova antiqua & jam fœtentia continuato esu in mu
quadam desperatam Epilepsiam induxerunt.

III. Quibusdam etiam ex idiosyncrasia ova
traria sunt, ut labia inde intumescanr, & vesiculis
inde conspergantur, vel vomitu rejiciantur.

IV. Considerantur in ovo primò vitellus & a
Villanovanus comm. in Salern. c. 8 men. *Vitellus* alendi facultate albumen superat, ci
sanguinem vertitur, talemque generat subtilem a
rum, & in restitutione substantiæ sanguinis spiritu
cordisque corroboratione cæteris alimentis jure
Voglerus Comm. Diat. c. 15 fertur. Namque in pullis alimenti vice fungitur
bumine in partes pulli easque solidas abeunte.
verò, qui rotundiorum præsertim ovorum est, ad
ditatem quodammodo vergat ac facilè inflamme
l. 1 Histor. princ. qu. 28 ceu pluribus à *Zacuto* probatum, minus convenit
quibus ventriculus pravis humoribus refertus, bil
quoque, ardori stomachi, arthritidi ac apoplexiæ o
xiis, & imprimis febricitantibus acutisque morbi
l. de colluv. seros. p. 290 borantibus vitandus. Etiam nephriticis omnibus
prohibet *Piso*, cum calculo opportunam omnino ac
ximè affinem materiam præstent, vitellina quidem
calculis friabilibus, albuminea verò lapillis duris. C

ode autem infantibus, ob lactis similitudinem, senibus Horstius l. d. studios. san. p. 76
uod facilè digerantur, convalescentibus, ut & sedenta-
is ac literatis præbentur, quod plurimum alant, & mi-
us excrementitii suppeditent.

V. *Albumen* frigidius est difficulter digeritur, & san-
uinem pituitosum & glutinosum generat.

VI. Dein considerantur ova ratione præparationis.
lia enim sunt *elixa*, quæ vel in igne parantur, nec ita
ona sunt, vel in aqua coquuntur, illisque præstant.
abylonii venatores ova cruda fundæ imponebant
: tam diu rotabant, donec ex motu ejusdem coque-
entur. *Tremula* autem, id est, lactis instar semicocti
ementia, & quasi suffocata ova esse debent, tumque
entriculo conducunt, optimumque alimentum etiam
nibus imbecillibus ac ex morbo debilibus præbent.
no nullus ferè alius cibus est, qui in ægritudine alat, Plinius l. 29 c. 3
eque oneret, simulque vim potus ac cibi habeat, ut re-
è ab *Avicenna* dictum, ovum tantum sanguinis gene- Ridlinus
re, quantum ponderet; Nec absque ratione, etiamsi Lin. Ann. 5 p. 383
orte non omnes Medici ejusdem sint sententiæ. Brevi
um & ocyssimè, in succum & sanguinem convertun-
ir, quod vel ex substantia illorum propius conside-
atâ sufficienter colligere est, quam quippe ab illis hu-
noribus, in quos in corpore humano converti debet,
aut ita multum distare vel oculis patet, quin pulli qui
x ovis prodeunt, quam idonea in iisdem pro nutrien-
is partibus lateat substantia, non parum demonstrant;
orbilia à tremulis in eo differunt, quod in his albumen
aluerit, in sorbilibus verò non. Hæc dum coquuntur,
unum excalefiunt, adeoque recentissima & non nisi
ius diei ova esse debent, facilius autem transeunt, ac
emula, humectantque, minus autem nutriunt. Phthi- Ettmullerus Colleg. pract. Tom. 2 Op. p. 463
is tamen pro scopo nutritionis inserviunt, cum vino
neroso parata, additis aliquot ambræ granis. Condu-

 cunt

Ridlinus Lin. Ann. 5 p. 614 cunt etiam hæc ova ventri molliendo, adeo ut qu inde aliquoties dejiciant, unde & sorbilia eju hâc quoque ratione rectius initio mensæ sumuntu sunt insuper gutturis asperitati leniendæ, in tussi, r dine, pleuritide, sputo sanguinis, renumque ac. v exulcerationibus.

VII. *Suffocata* verò parantur in vase cacabo a calidam continenti indito, quod ipsum ubi totu pernè obturatum fuerit, ignis substruitur, quoa mediocrem habeant consistentiam, tumque elixis que meliora sunt, facilè digeruntur, leniunt ma mitigant, bonumque sanguinem generant. Qu tem supra modum crassa fiunt ova his similia eva

IV. Deinde quoque in capitis affectibus ac Baglivus *prax. l. 2 p. 243* tate nocet, observatumque est, quendam in grav oris torturam cum tensione dolorifica totius c pene corporis ex esu ejusdem copiosiori & con to incidisse. Quibus ad calculum dispositio ade Piso *lib. de de seros. col. luv. p. 286* ctis esus omnino interdicendus, cum caseosa i pars fœcundissima calculi materia sit. In chole men ac acriori temperamento lactis usu methodi culum præcaveri posse ratione non caret, imo ipsu *Act. Lips. an. 706 p. 125* ficæ calculum, quocum diu conflictatus fuerat intra unius anni spatium, quo lacte usus est, ad u unam & plus imminutum fuisse, peractâ verò cur unicum calculi frustulum amplius prodiisse, eode tore constat. In ventriculo etiam calidiori biles inque nidorosos halitus resolvitur, ac dolorem

; unde febricitantibus, quique viscerum obstructio-
s ac hypochondriorum phlogosi, catarrhisque la-
ne vitandum. Nocet quoque in imbecillitate visus, Grataroles l. de Liter. valet p. 153
jus tenebrositatem ac caliginem inducit; & qui
culo frigidiore sunt, humoribusque acidis in pri-
riis abundant, utpote in quibus id ipsum acescit ac
ordia flatibus distendit. Etiam ubi diarrhoea ex
iculi cruditate adest, ab ejus esu abstinendum, ut
assantibus febribus, pestisque metu. Frequentio-
etiam lactis esum in intestinis vermes producere
negaverit, cum id ipsum vermiculis refertum per Kircherus mund. subter l. 12 p. 357
oscopia deprehendatur, hi verò ortum habeant ex
nio aut putrido alimento à vaccis assumpto, aut
n insectis variis, lac cum non bene asservatur cor-
pentibus, suisque ovulis seu seminio replentibus,
dein calore partium abdominis in homine in in-
non raro stupenda maturantur, cujus præter ex-
la alia apud Autores occurrentia nuper in vicinia Blankhardus Collect. Med. Physic. cent. 5 Obs. 36
dare occurrit, vermis monstrosi à muliere scorbu
post esum lactis concepti, ac post immanissimos
atus tandem per alvum excreti, qui cute anguil-
capite & collo equum, corpore salamandram, pe-
t anserem, aliaque volatilia referebat. Historiam
n plenius & cum icone proponit *Paullinius*, cujus Tractat. de mort. verm. § 40 p. 90
inium à me quoque eo tempore expetitum, Ger-
icoque idiomate exaratum, epimetro *Selectis Medi-*
bjuncto à me insertum est.

. In specie verò lac salubre suppeditant animalia
 præ candidis, ceu pluribus probat *Zacutus*, pari ra- Hist. ... l. 2 dub. ...
ac fœminæ candidiores, quia pituitosæ ac frigidæ
s sunt, deterius, judice quidem *Aristotele*, lac habent l. 3 ... An. c. 21
ctis. Tartari verò plus lacti deferunt equarum
um, quàm quæ alterius sunt coloris, alitque Rex
m ad decem millia equarum candidissimarum, qua-
rum

rum lac cum primoribus suis potat; causa forte quod albi coloris equæ rariores aliis sint, ac proin joris æstimii. Quod verò ab obesis animalibus lac, convulsionem facilè inducit. *Humano* merito mæ tribuuntur, cum temperatissimum sit, ac nostræ convenientissimum; cerebroque imprimis mentum & augmentum afferat. Post illud *vaccinum* quod quidem humano pinguius, cui proximè, *Avic* quidem judicio, accedere videtur, ac etiam magis trit, quoniam tamen butyro caseoque fertile est, in ventriculo concoquitur. Alvum sistere & obst re *Hippocrates* notat. *Ovillum* minus serosum crassiu bubulo magis obstruit & alvum sistit, dulce simu præpingue, valde nutrit, ventriculo autem non adeo le, difficilius enim propter caseosæ materiæ abun tiam digeritur. *Caprillum* inter genera lactis med quasi est, temperatum nec admodum butyrosum, gue aut crassum, sed substantiâ magis serosâ, cali ac nutrimenti paucioris. Alvum quoque ob tem tem magis laxat, interdum tamen quando capræ lo adstringente, veluti lentisco, robore, frondeque ginea vescuntur, alvum non ita tentans. Conven tissimus autem cibus est, etiam recens mulctum & huc tepidum hecticis tabidis, et & qui internis exu rationibus pulmonum renum ac vesicæ laborant; terea in dysenteria aliisque biliosis alvi fluxionibus star medicinæ est, cum milio aut panico decoctum, lapillis fluviatilibus ignitis, ferrove candente, aut lybe, quo vis adstrictoria magis concilietur, ustulat Etiam hypochondriacis, scorbuticis, arthriticis, e pticisque medicinæ instar est *Equinum*, caprillo abßimile existit, alvumque magis adhuc liberam fe phthisicisque ac epileрticis à veteribus commend hodie tamen vix in usum venit. Tartari verò id ip

Meibohmius l. 2 de cerevis. § 20

Gratarolus l. de Literat. Valet. p. 154 Opcr. l. 2. p. 142

l. 2 Diæt.

oli exponunt, donec pars crassior subsideat, postea in sse fervefaciunt, ac ita præparant, ut vinum album ffectat, nec insipidus potus fertur. *Asininum Plinius* crassissimum dixit, sed fallitur, reliqua enim lactis gera tenuitate ac serositate superat, & propter animas naturam casei habet minimum. Unde & minimè agulatur, & in corpus ocyssimè quoquo versus distriitur, pinguedine verò reliquo lacti cedit, ac frigidius ioque est minusque nutrit, sed potius abstergit & alm movet, hypochondriacis, calculosis asthmaticis ac almonum aliove interno ulcere laborantibus profium. *Camelinum* suavissimum pronunciat *Aristoteles*, quamque admiscendam suadet, liquidissimum certe est, calculosis imprimis commendatur.

Gratarolus d. Liter. val. p. 154

Zacutus hist. med. princ. p. 583

l. 6 Histor. anim. c. 26

VI. *Colostrum* quod post fœtum mulgetur, quamvis meones quidam in deliciis habeant, nihil tamen eom homini nocentius videtur. Coit enim ac crasseit in corpore, venasque ac lymphæ rivulos obstruit, lculumque generat.

Lemnius l. 2 Occ. c. 45

VII. Flos lactis, seu cremor, Italis caput lactis, ventriculum nimis relaxat, inque flavam bilem unctuositate suâ facilè vertitur.

Gratarolus l. de Liter. valet p. 154

VIII. *Lac acidum* seu *oxygala* frigidius est, ac ceu calosa substantia, crassi crudique succi. Inter frequenores epilepsiæ infantilis causas abusus ejusdem meto referendus; Matres enim acore hoc impensius decatæ alium ad alendos pusiones intra viscera humom transmittere nequeunt, quo tamen nervis nihil male est infensum, eaqueproper tam familiares in Hollandia epilepsiæ.

Thomasius in Misc. C. Dec. 3 Ann. 3 obs. 192

IX. *Serum lactis* aquosa ejusdem substantia est, dum lei parantur, separata. Fit quoque dum lacti ferti manipulus acetosæ injicitur, aut vinum Rhenaim, acetum, succus citri, limonum, oxymel, spiritus

vitrioli vel alumen pulverisatum affunduntur,
linteum colatur, quod tamen serum factitium ma
acredinem habet partim ab affusis acidis, part
igne, cujus ope fit separatio. Optimum ser
loris smaragdini esse debet, medicamentumque
quàm cibus est, subrefrigerat enim, caprinum imp
utpote propter partium pinguium defectum vald
sum, humectat, attenuat, abstergit, ac quâdam
nitrositate, quâ tamen vaccinum magis gaudet,
tentat, bilemque imprimis ac acriores humores
Baglivus prax. L. 1 p. 73 cit. Hinc etiam complexiouibus cholericis dysent
hypochondriacis, melancholicis, maniacis, ict
scorbuticis, epilepticis febricitantibus admodum
cuum est, viscerumque & vasorum obstructiones
Gratarolus de Liter. valet. p. 155 Majo imprimis mense matutinis horis pauco per
saccharo sumptum, eaque ratione nutrimentum
ficat, atque impinguat, quod *Avicenna* visum.
men quoque iis affert, qui ob vini potentioris la
rem potum male habent. Si cum succo citri m
tur, urinam egregiè movet & calculum pellit.
Sachsius Ampelogr. p. 363 net huc Anglorum *Possetum*, quod paratur dum bull
lacti vinum album pro arbitrio ac parte dimidia a
ditur, colaturæque parum sacchari aut syrupi adm
tur. Si ventriculus verò & viscera roboranda, au
tus discutiendi additur modicum cinnamomi,
moschatæ, piperis, maceris & exhibetur in morbis
potu ordinario.

X. *Butyrum Helmontio* plantarum magisterium
Differt. d. Corpor. German. habit. p 60 incommode audit. Conficiendi rationem Germ
non à Græcis aut Romanis sed Scytis edoctos, plu
probat *Conringius*, quamvis priscis Græcis haut ig
Select. med. sect. XVI. § 116 tum esse potuerit, ceu *Lindanus* non minus docte o
dit. Præstat autem vernum Majale utpote quod sa
admodum grato est, multumque nutrit, corpora im

siccsora, unde qui in officinis metallicis dies no-
que igni adstant, opusque faciunt, non magis con- *Voglerus Comm. Diat. c. 9*
ientem cibum habent, ac butyrum, ne corpus à ve-
enti & continuo æstu plane exficcetur. Dein quo-
pectus lenit ac sputum promovet. vias urinarias lu- *Horstius l. d. studios. san. p. 102*
at, calculosis prodest, recens videlicet sale destitu-
, mane jejuno stomacho castaneæ quantitate quo- *l. d. collarv. ferof. p 264*
sumptum, meminitque *Piso* viri, qui beneficio unius
butyri sive seorsim sive cum jusculis liberaliter as-
pti, tandem duos insignes saxeos calculos quadra-
mo die à perfecta urinæ suppressione exclusit. Imo
saccharo permixtum ac ex cerevisiâ calidâ sum-
n alvum interdum adeo laxat, ac si purgans quis-
n sumpsisset, quod in Arthritico quodam cum alvo
rictiori decumbente aliquando observatum. Et *Ridlinus Lin. Ann. 2 p 180*
d amplius est, suoque supra loco à me jam addu-
n, butyrum cum sale & pane quotidie comestum an-
am domo quis exeat, sanitatem ita conservat, ut quo- *Hoferus Hercul. l. 2 c. 1*
pestis ipsius præcavendæ remedium habeatur. Ca-
m verò ac humidum est oleique naturam obtinet,
que vetustius, eo calidius evadit magisque acre.
ter unctuositatem ventriculo non admodum con-
re putatur, utpote cujus tonum nimis laxet de-
itque. Præstaret verò primâ quàm ultimâ mensâ
nere ob rationes inferius dicendas, ubi de ordine *Gratarolus de Liter. valet. p. 155*
ndi agitur. Commodissimè cum pane editur, sic
bonum alimentum præbet, quod pueri nostri im-
is norunt, qui denegationem ejus ægerrimè ferunt,
rbrodium vocant. Caveant sibi à nimiâ butyri
tione, quibus stomachus calidior est, cholerici ac
utrici, quibusque aliàs ad nauseam ventriculus fa-
inclinat. Promptè enim bilescit, ardorem stoma-
ausatur ac sanguinem acriorem reddit. Dein
um quoq; est Asthmaticis, cujus singulare exemplũ
Dd 2 mihi

mihi notum viri, qui à nimia ejusdem comesti
Paullinus in Misc. Dec. 2 An. 9 obs. 198 ficilem cum sibilo respirationem inde contraxit
vatumque aliquando puerulum quinquennem
Borellus Cent. 3 obs. 26 butyri esu primo peripneumoniacum factum,
ad extremam maciem devenisse. Etiam præg
ac hystericæ gravia ab iisdem symptomata in
patiuntur. An autem in Germania lepra inde fi
Consil. p. 637 tior existat, ceu primus ex Italis, *Victor Trincav*
natur, dubium valde est. Frequentissimi enim
reperiuntur in illis gentibus, quibus tamen but
rarissimus est; Imo si ad lepram disponeret
morbus hic illis in locis endemius esse debe
scorbutus aliique à certorum alimentorum quo
esu producti sunt. Forte autem per lepram in
Trincavella, cum eaque confudit scabiem scorbu
quæ in juniori gente post butyri salsioris copio
esum haut infrequens esse solet. *Butyrum ovillu*
didum est, bubulo deterius ac facilè rancescens
verò butyri eadem & florum lactis proprietate
& incommoda sunt.

XI. *Lac* à butyro per conquassationem sepa
seu *ebutyratum* subacidum frigidum ac humidum
tim ardoremque stomachi lenit, cholericis ac sc
Timæus l. 3 Ep. 29 cis iisque junioribus robustioribus ac æstivis t
mensibus concedendum. Quibus alvum quoque
Dimerbrokius l. 2 de pest. p. 179 Grassantibus febribus malignis ac tempore pest
sine fructu sumitur. Quo magis autem ad cas
lactis substantiam vergit, eo difficilius digeritur,
risque angustiam causatur, ac calculosis obest, i
bus aliàs, temperamenti quidem calidioris ac sic
propter vim abstergentem ac refrigerantem pr
Cyprianus Ep. de Fætu p. 88 memini. Franecqueræ in Frisia tertia ferè pars
larum ex continuo lactis ebutyrati esu herniæ ob
existit.

XII. *Casei* nomen latinum est, ac majores nostros
illud cum re à Romanis accepisse pluribus ostendit *Con-
ringius.* Optimus habetur, qui ex lacte pecoris sani
nec minus macilenti, inque pinguioribus pascuis pasti
confectus, nec foraminulentus nimis est, aut humidi-
tatem exstillat, nec salsior aut vetustus nimis, fœtidus
e putris, aut durior existit, sed consistentiæ mediocris
inguis ac dulcis mediæque ætatis est. In genere ve-
r caseus modice sumptus digestioni ciborum con-
rt, præcipuè, si fuerit non nimium recens, saleque
robè conditus. Solidius quoque alimentum, quodq;
on facilè dissipetur hominibus robustis præbet, unde
rustici montiumque incolæ qui lacte & caseo ferè
nice vescuntur, vivaces ac longævi sunt. Dentibus
utem inter edendum caseus probe comminuendus,
uo majora enim frusta deglutiuntur, eo minus distri-
uitur, adeo ut integros annos in primis viis latere
peat. Quo tamen caseus recentior est, eo magis quo-
que stomachum gravat, ventremque inflat; Ventricu-
o tamen calidiori & sicciori prodest. Vetustus autem
tione salis & coaguli imprimis pinguioris acrior &
lidior evadit, difficulter concoquitur, præsertim si ma-
ri copiâ assumptus fuerit, ac in ventriculũ male tem-
ratum descenderit, sitim quoque ac sodam in quibus-
m excitat, dentiumque dolores, & sanguinem cras-
m, acrem ac scorbuticum generat, ceu quoque apud
gyptiorum plebem, qui non nisi eodem pro cibo ute-
bantur, lepra inde frequens ac endemia quasi erat. Sto-
macho verò frigidiori ac multo phlegmate obsito uti-
esse potest, cum pituitam ejus quasi detergat, & ad
um promoveat. De cætero constipat, adeo ut Ilia-
passio interdum subsequatur, calculum quoque in re-
us ac vesica gignit, occurritque exemplum cujus-
, cui calculus vesicæ ad ovi gallinacei magnitudi-
nem

Differt. de Habit. Corp. Germ. p. 57

Sponius *com. in Aph. Nov. S. 4 p. 144*

Paullinus *in App. ad Misc. G. Dec. 2 An. 5 p. 72*

Ridlinus *Lin. Ann. 5 p. 464*

Mollenbrokius *de Varis, p. 53*

Alpinus *L. 1 c. 14*

Helvvichius *Obs. 90*

Ledelius *Misc. Dec. 2 Ann. 6 Obs. 111*

Blankhardus *Coll. medic. Phys. cent. 5 Obs.* 41 Ridlinus *Lin. Ann.* 5 *p.* 334

nem inde concreverat. Alius exin in tympaniti lapsus à potu thermarum excrementa caseosa excr Ac mala ejusmodi ab esu casei frequentiori eo m metuenda, quo magis quispiam vitam agat sede riam, & motu corporis ad imminuendas casei p crassiores nil quicquam conferat. Ab esu verò p casei vermiculi cum urina secedentes observati. in more positum, ut caseo raso pleraque fercula diant, id quod in constitutione eorum, qui sanguin nui ac fluido præditi sunt, non admodum impr potest, in Septentrionalibus verò locis, ubi incolæ guinem crassum ac viscosum habent, non absque gni sanitatis detrimento fieret, ob glutinositatem De Brodiis caseatis in superiori Germania consu placet iterum judicium, cui semper multum de *Casparis Hoffmanni.* Cum enim iisdem coagulu fundo coëat cum sale in substantiam tam solidam, subjugari à calore nostro nequeat, quid in ventri non fiet.

l 5 *Inst. c.* 19

XIII. Cæterum magna caseorum differentia Ratione præparationis enim quidam post elicitum sero separatum butyrum parantur, qui casei sicci ac crassioris consistentiæ sunt, atque omnino dete res. Quidam verò ex lacte pinguedine suâ non pr to, ut apud Frisios aliosque populos pecore multo ab dantes talesque soli antiquis casei nomine venera Mitiores autem hi sunt, nec multum à natura lactis cedunt. Ratione saporis quidam *acidi* sunt, qui v triculum ac sanguinem debilitant, quidam magis *s* qui difficulter concoquuntur, humores acriores r dunt, ac uberiorem calculo materiam præbent. tione temporis, *verni* & *autumnales*, qui *æstivis* ac *hy nis* præferendi, ob lactis in temporibus istis præ tiam; Etiam ratione locorum & pascuorum alii

P

runtur, uti Hollandici, Limburgici & Parmenses. veteres Romanos velut optimi laudantur Lunen- estini, Valabrenses, Trebulani. Denique ratio- orum pecorum. *Ovillus* enim suavitate omnes t minus crassus, concoctuque facilis est, bonum- imentum suppeditat. Viridem inter pestis pro- tica recenset *Dimerbrokius*, propter stercus ovillum viriditatem habet. In Hetruria lac ex quo para- agulo non concrescit, sed cinaræ floribus, quo fit ut ejusmodi senescens nunquam acris evadat. Mar- i vocant incolæ. Post hunc *vaccinus* est, qui diffi- digeritur, ac interdum additis herbis quibusdam ticis conficitur, tumque non adeo malus est. In ia ex cremore lactis & caseosa materia cum sina- ficiuntur, proximeque ad butyrum accedunt, *onstonus* omnium saluberrimos arbitratur. *Capri-* tem omnium vilissimus, & non nisi recens su- is. Propter caseosæ enim & butyrosæ materiæ em copiam facilius ariditatem contrahit. Ca- Anagyri Dioscorides vescantur, quod tamen pro- alum odorem, ac ingratissimum saporem non me coactæ faciunt, caseus vomitum ac diar- a concitat. *Equinus* in Scytia paratur post elici- s à sero jam separatum butyrum, Hippacen vo- *ocrates*, de qua voce pluribus *Lindanus* agit. Vi- olere, at magnopere alere *Dioscorides* autor est. dulcem ac pinguem in Apulia comedit.

Martialis *Xen. Epigr.* 27 28. 29. 30

l. 2 *de peste p.* 180

Matthiolus *l.* 2 *in Diosc. c.* 66

Syntagmat. pract. part. Diat.

Bocconus *Obs. Curios. p.* 428

Select. Sect. XVI. § 121

l. 2 *c.* 65

CAPUT XV.

De Piscibus in genere.

I.

artum genus ciborum pisces constituunt, de qui- s in genere quædam notanda. Vulgo autem ibus terrestribus salubriores habentur, quod juxta

pro-

proverbium sanior pisce, nullis morbis obnoxii sumantur, cui tamen assertioni quantum tribuen- sit, infra videbimus. Interim pisces boni succi es- que optimum nutrimentum, cholericis imprimis liosis, seu calidis & siccis naturis præbere certum est ribusque à *Zacchia* demonstratur, imprimis saxatile quæ salubriorum piscium notæ sunt, carnem ter- mollem ac friabilem, id est in tessellas quasi facile lubilem, habent. *Hippocrates* leve edulium, seu facile concoquatur, ipsis tribuit, & febricitantibus bus promiscuè concedit, quod multis quoque à confirmatur. *Celsus* quidem inter cibos mali suc- fert, cujus tamen lectionem hic depravatam argu- *duinus Ronseus* in Commentario. Quod verò no- post esum piscium recentium siti torqueantur, id tredinosa illorum, quos comedit quispiam, natu- ducendum, cujus ratione sitis inter concoquendu- cilè oritur, quæ aliàs iis qualitatibus, quibus pisces dant, tollitur.

Quæst. Med. Leg. l. 5 p. 389

lib. de Affect. & de diæta

L. 1 Histor. princ. qu. 19 L. 2 c. 21

Horstius *l. de studios. sanit. p. 80*

II. Cum verò pisces de elemento suo seu aqu- tum participent, frigidique ac humidi existant, longius à natura nostra absint, frequentior quoque rum esus chylum ac sanguinem pituitosum visce- generat, ut hic interdum plane albus evadat, ac nolentos, apoplexiæ ac paralysi obnoxios redda- certè quid pisculenta ejusmodi & exsanguis diæt- mittat, bajuli ac similis generis homines testantu- jejunii quadragesimalis tempore minus sibi viri- ad diuturnas operas robur adesse fatentur, qua- dein ad carnes iterum reditur, unde etiam his, que opere occupatis, ut & militantibus cibus i- gruus est, utpote multo crassoque sanguine indi- bus adeoque cibo etiam, qui & copiose nutriat & discutiatur. Præterea dyspnoeam ac polypos c-

Deale *Misc. Germ. Dec. 1 An. 1 obs. 28*

Pechlinus *observ. p. 93*

Plempius *l. 3 fund. p. 217*

Grassius *Nov. Liter. Hamb. An. 707. p. 314*

ructiones renum ac nephriticos dolores pariunt, Valentini *Pandect. med Leg. Tom.* 1 *p.* 533
d in Carthusianis frequens est. Nec minus quo-
pisces evitandi iis, quibus stomachus est debilior,
ituitæ redundantia, aut etiam caloris nativi defi- Forestus *l.* 14 *Obs.* 16
tia, quod senibus præsertim contingit. Deinde qui Zacchias *Quæst. Tom.* 3 *Consil.* 58
lentiis hypochondriorum ac colico dolori obnoxii
; Denique arthriticis, hydropicis, catarrhosis.
III. Ratione præparationis pisces alii sunt *Saliti*, ca-
& sicciores, ac hyeme magis primoque vere, ac im- Gratarolus *de Liter. Valet. p.* 156
nis iis comedendi, qui temperamenti sunt phle-
atici. *Elixi* præsertim in aceto & quidem igne ma-
lucido nec fumoso, qui imbecillioribus ut & febri-
ntibus conveniunt, facilius enim concoquuntur.
Assi, quos sanis meliores statuit, atque elixis præfert
nus. Alii in sartagine frixi, qui iis tantum condu- *Cent.* 1 *obs.* 84
t, qui sunt valetudine firmâ & corpore robusto. Pi.
autem humidiores & molliores & humido potis-
um tempore potius assandi, oleo tamen dein & ace- Gratarolus *l. de Literat. Valet. p.* 160
ondiendi, sicut è contra duriores rectius elixantur.
minit *Plautus* piscis patinarii, qui scilicet non in aqua,
in proprio jure coquebatur, pauxillo vini, sicut ho- Vossius *l.* 4 *Idolol. c.* 22
interdum fit, in patinam prius effuso, ne aduratur,
santurque hi pisces simul ac unum latus coctum est,
& alterum ab igne supposito coquatur, alterâ pati-
superimpositâ. Hoc verò præparationis genus non
cruditatem parit. Pisces *exsiccati* ac durati, seu aë-
frigidissimo, ut Aselli, seu omnis generis fumo con-
lu admodum difficiles sunt, ac simul ut plurimum in-
ves. Solent quoque pisces cum lacte aut flore ejus-
a coqui, gustu quidem delicato sed alimento minus
bri. Affuso enim ejusmodi lacte, utpote per se fa-
corruptibili, nimia piscium humiditas in corruptio- Avicenna *l.* 1 *fen.* 3 *doct.* 2 *c.* 7
n prona quasi sponte promovetur, ægritudines
onicæ, quin & lepra causantur. Nec quoque caseo
 raso,

raso, Italorum more, pisces condiendi, od viscidit
quæ piscibus aliàs adest. Præstat eosdem cum a
Grembs *Arbor. p. 482* omphacio, succoque citri sumere, utpote quibus a
sa piscium putrilago corrigitur quasi & siccatur.
Sachsius *Ampelogr. p. 182* tinctus quoque pro iisdem commendatur ex Gala
pipere longo, zinzibere, pistaceis, avellanis, pas
nucleis pini, nuce moschatâ, Cardamomo, Croco

IV. Quoad assumendi modum, præstat eosdem
cibis præponere, ac initio mensæ sumere, calidos
igne adhuc ferventes, quo calore ejusmodi stomac
roborante, piscium frigiditas emendetur. Imo p
refrigerati locoque frigido ac humido per aliquot
repositi asservatique Gallicum illud proverbium, *p*
fait poison, confirmat, id est, qualitatem ferè delete
induunt, ac si, præsertim pisces fuerint mali succi,
locis cœnosis ac stagnantibus inertes pigrique vixe
Plautus *Asinar. Act. 1 Scen. 3* symptomata causantur, quæ fungis venenatis com
succedere solent. Piscis revera nequam est, nisi rec
Nullatenus autem post laboriosum exercitiũ aut qu
libet actionem fortem ac vehementem comedendi.
enim tunc temporis ingeruntur malè concoquun
Villanovanus *Comm. in Salern. c. 30* ac dum distribuuntur succum generant crudum,
non facilè in bonum sanguinem mutetur. Præ
piscium esus, quod citissimè iidem corrumpantur,
quoque panis exigit, utpote qui corruptioni cibo
resistit, de quo plura tractat *Lemmius.* Præstat au
l. 2 occult. Nat. Mir. c. 21 cum iisdem panem furfuraceum conjungere pro
majorem abstergendi vim, quod ipsum in usu ha
Hoffmannus *l. 2 d. med. offic. c. 230 §5* Celeberrimus quondam *Crato*, qui cum totâ septim
in mensa panem album comederet, die veneris, quo
suæ Ecclesiæ statutis, piscibus ipsi vescendum erat,
nem domesticum seu furfuraceum cum insigni san
tis emolumento adhibebat. Denique piscibus quo
vinum superbibendum, juxta illud:

Defunctis vinum, sed da viventibus undam.

um enim vinum ad frigidorum ac humidorum ci-
rum concoctionem multum conferat, ac præterea
corruptione præservet, ad quam pisces propter tem-
ramentum non dissimile magis dispositi sunt,
nnino vinum ex necessitate quâdam iis superbibendũ.

V. Piscium verò esui aptorum non exiguus nume-
s est, sunt tamen omnes seu marini vel pelagii, vel
custres palustresque, vel fluviatiles. *Marini* & ex iis
atiles, quod in petris stabulentur cæteris carnis tene-
udine præstant, partim quod humiditas frigiditasque
rundem sale marino absorbeatur quasi & emendetur,
de etiam sapor iis quidam acrior subest, ac pituitoso
more non ita abundare videntur, quàm qui in aqua
lci gignuntur, aluntur que ac insipidi sunt; Partim
od motu continuo dum quærendæ alimoniæ aut bel-
e vitandæ causa totum mare pererrant, exerceantur,
ue à mari ventis purioribus agitato, fluctuumque ver-
ribus facilè impellantur, partim etiam quod alimenti
rioris ubertas in vasto ejusmodi mari illis magis sup-
tat, quàm in fluminibus, lacubusque stagnantibus, in
ibus cœnosis alimentis pisces vivunt, lutoque com-
iscentur. Quamvis autem *littorales* alimento non ita
ro, sed maris eluvie vivant, assiduo tamen motu ite-
m dissipant, quicquid ex lutoso ejusmodi pabulo ex-
ementitii collegerunt. Ex maris speciebus præfer-
r, quod versus boream spectat, quodque non multos
t magnos fluvios excipit. Hac enim ratione salsedo
ris ab aqua dulci non mutatur & ejusmodi maris pi-
s non ejusdem cum aliis marinis bonitatis existunt,
 hoc ipsum de Ponti Euxini piscibus dudum obser-
tum est. Dein notandum pisces illos, qui marino-
m fluctuum verberibus agitantur, ut & qui in imo
ris degunt, inque specie *pelagii* audiunt, carnis du-
ris esse, adeoque difficilius concoqui ac digeri, be-
tamen nutrire.

Langius *l. 1 Ep.* 60

Galenus *l. 3 facult. alim. c.* 24

VI. *Lacustres* pisces non mali sunt, siquidem in tes ac fluminibus irriguos lacus incolunt; *Palustre* tem, qui aquas stagnantes sordidas, herbas radice mali succi non raro continentes amant, limoque modi nutriuntur nec admodum se movent, viscosâ dam ac excrementitia humiditate abundant, facil stomacho corrumpuntur, unde & ferè semper pe sces ejusmodi etiam non salitos, sitis existit. Impr verò æstate vitandi, quod tunc stagna exsiccentur, tum quo pisces pinguescunt, putrescat & oleat

VII. *Fluviatiles* vel de mari ad fluvios delati sun salubriores existunt, quod cursui eorũ aqua contrari tantoque meliores, quanto magis à mari elonga Vel sunt fluminum ingentium, fundique arenosi a xosi, rapideque fluentium, quales pisces à marinis rum distant, imo ægris commodiores ac isti sunt. verò in fluminibus minoribus sordes locorum quo dam excipientibus, neque admodum celeri ac v menti motu agitatis versantur, non admodum salul sunt. Pertinent huc imprimis flumina, quæ per gnas civitates decurrunt, in quæ cum latrinæ urbis, cella, fullonum vestes & lintea eluentium sordes, a que immunditiæ confluant pisces putrido nutrime utuntur ac insalubres existunt.

Gratarolus *de Liter. va- let. p.* 157

VIII. Improbantur etiam pisces non squammosi squammis carentes, deinde & parvi, iique tam qui c ne magis molli sunt, quoniam hæc ipsa tenaci cuid mucori similis est, quàm qui carne sunt duriore. E nere autem molliori semper eligendi majores, è dur ri verò minores. Etiam pisces senes non parum c nis cum ætate amiserunt, indicatur autem senectus ritie & magnitudine squammarum. Ex piscibus m lioribus vetuli junioribus præferuntur. Nec minu pisces pinguiores reprobantur, ceu pisces in Nilo

Gratarolus *de Liter. va- let. p.* 157

Aristoteles *l. 8 hist. Ann. c.* 30

scen

...tentes tametsi suaves sunt, propter pinguedinem tamen ad sanitatem tuendam pessimi feruntur. Omnis enim pinguendo mala, piscium pessima, imprimis in iis, qui fluxionibus laborant, utpote in quibus penetrantiâ suâ seu volatilitate (est enim pinguedo non nisi ... volatile concentratum) principium motus suppetat ac laxat. Alpinus *l. de med. Ægypt. c. 10* Hoffmanous *l. 5 Inst. c. 22*

IX. Piscium genus maxima ex parte annis pluviis ...ne vivit, quod non modo plus cibi tunc nanciscantur, verum etiam omnino humore pluvio juventur. ...x pluviis autem ipsis vernales æstivi ac autumnales ...bres commodiores sunt, hyeme contra sereniore existente. Ægrotare verò pisces putantur, cum inter multos pingues ac validos ejusdem generis pisces extenuati aliquot, languentibus similes & colore immutati capiuntur. Morbus autem pestilens, qualis animalium gregem interdum invadit, piscibus universis ex *Aristotelis* & *Plinii* opinione incidere non videtur, saltem non tam frequenter nec tam facilè ut *Zachias* limitat, qui pluribus quæstionem hanc tractat. Interdum enim epidemica ...dam inter pisces lues existit, & futuræ pestis prodromus est. In vicinia Islebiensi ante ultimam pestis invasionem pisces in piscinis ac lacu magnâ copiâ perierunt, maculasque habuerunt variorum colorum, ex nigro ...bescentes, flavas, ac virides, sparsim per universum corpus expansas, gravemq; odorem spirabant, ac nauseabundam putredinem sapore referebant. Contraxerunt ...m labem hanc pisces à maligna nebula aquas inquinante. Aristoteles *l. 8 hist. Ann. c. 19* *l. 9 Histor. Natur. c. 49* *Quæst. med. Leg. l. 3 p. 314* Stegmannus *in Misc. Dec. 3 Ann. 5 obs. 171*

X. Ova piscium ovis avium tanto inferiora sunt, ...nto magis harum carnes piscium carnibus præstant, ...ge minore proin tum calefaciendi, tum nutriendi ...tate prædita. Gratarolus *l. de Literat. valet. p. 153*

CAPUT XVI.

De piscibus marinis in specie.

I.

Aldrovandus *l. 1 de Pisc. c. 23* ACarnane, carne quidem candidissima, sed dur sicca est, haut ingratus tamen palato, frixus primis & omphacio aut succo mali aurantii irror

Olaus Magnus *Histor. Sept. l. 20. c. 19* II. *Aniger*, maris septentrionalis Suecici piscis bonarum & albarum carnium dulcisque saporis.

III. *Aphuja, Cobitides.* Ex spuma maris apud Bat copiosissimè generari, ubi post diuturnas siccitates tæ pluviæ sequuntur, *Lemmius* sine dubio ex opin *lib. 2 occult. c. 40* vulgi refert, quod ipsum tamen modernæ de gener ne æquivoca doctrinæ omnino contrariatur. Cu latim maximisque agminibus capiuntur, suntque les ac tenues, & exiguo pro coctione egent igne, c *Vossius l. 4 Idol. c. 25* culter tamen concoquuntur, humidumque ac flatu tum alimentum, & sanguinem pituitosum putridu suppeditant, alvumque solvunt. Præstant tamen Februarium, cumque ovis gravidæ.

IV. *Asellus, Oniscus*, juxta *Aldrovandum* ut & *Ha* *lib. 3 c. 1 in Nomenclat.* *num Junium* Batavum, aliquas piscium species su *Select. Med. sect. XI. § 4. p. 89* continet, quæ tamen *Lindano*, quoque Batavo, obser te toto genere à se invicem distinguntur. Nomen ip à colore asinorum cinereo sic impositum. Primam rò minimamque speciem dictis Autoribus consti Asellus mollis, à splendore argenteo, Belgis, cum ad parvulus est, *Molen-Aer*, cum verò justæ magnitudi *VVittling* dictus, qui è genere asellorum mollissimu mnium est. Alterius generis est Asellus minor, n cum adolevit *Schelvisch*. Tertium genus & maxin est, quod *Junio* Asellus simpliciter nuncupatur, & *C* *javius* audit, quando adolevit. Etiam *Laberdanus* ex lorum classe est, & in Gallia piscis frequentissimus, q

Me

gum vocant, & Asello congener à *Jonstono* statui- *Syntagmat. part diat.*
odem tamen mollior est. Cæteris autem ad or-
ı Alphabeticum sepositis, de asello nostro, qui are-
Stockfisch audit, agam. Capitur hic circa Bergas
egiæ, Januario mense recensque carne candidâ
bili est, tumque facilè excoquitur, bonumque ali-
ım suppeditat. Arefactus autem osseam duritiem
ıduit, carnemque crassiorem habet, ac difficilius
quitur, adeo ut interdum post aliquot dies seu vo-
ejiciatur, seu cum fæcibus alvinis frusta adhuc
prodeant. Egregie autem fustibus prius mal-
e verberandus, (hinc enim nomen Germanicum)
iendus ac macerandus, quam paretur coquatur-
ıec ingratus dein gustui aut difficilis coctionis exi-
butyro innatet. Paratur etiam cum cæpis, zin-
, pipere & croco. Qui verò cum oleo & sinapi
itur, ventriculum non rarò subvertit, certè à de-
tali non concoquitur. Optimus autem eundem
randi modus Bremensium est, scilicet ut in buty-
ısi mollescat, addito pauxillo piperis.

Aurata Belgis *Cyprini marini* audiunt, ac inter re-
pisces singulari saporis gratiâ pollent. Quoad
candorem soliditatem ac teneritudinem cum ha-
s ferè conveniunt, unde & facilè digeruntur, bo-
ue nutrimentum præbent. De vario præparandi
diendi modo pluribus *Aldrovandus* agit. Laudan- *lib. 1 c. 15*
tem quæ hyeme capiuntur, quæque in mari de-
nediterraneo. Quas Lucrini lacus suppeditabat
tiale imprimis commendantur. Dantur quoque *Xen. Epig. 90*
e fluviatiles in Pado circa Ferrariam, quæ huc non
ent.

. *Balanis Galenus* saporem ingratum ac mucosum,
n verò salsam adscribit; Sunt tamen qui cubitis
ıta minores in ciborum classem referri posse ar-
ur. VII

VII. *Blennus* in algosis cœnosisque littoribus de atque à segnitie nomen obtinuit. Non multum ei circumvagatur, unde & caro ejusdem mollior est glutinosa, concoctu difficilis, malique succi, & non necessitatis tempore in cibum sumenda. Multo au sale condiendus piscis, siquidem saporem ei conc tum iveris.

Select. Med. sect. XI. §58 209 VIII. *Cabeljavus*, sic enim cum *Lindano* ... convenit, ex asellorum classe est, ceu supra dictum. l. 9 c. 7 nior adhuc Hollandis *Bolk* audit. *Plinius* ex opin l. 4 Idol. c. 27 *Vossii* Bacchum vocat. Lævore tamen magis per tus, cuteque molli nec squammosâ est. Capitur at Lemnius l. 4 Occ. c. 2 non in Oceani faucibus, sed in alto longeque re mari, & quidem septentrionali tantum. Sub can laribus in foro comestibilium non tolerandus, quo tunc pinguior est, ac putredini opportunior, quam que citò fervore cœli consequitur. Facillimè autem bres accersit.

Aldrovandus l. 3 c. 34 IX. *Catulus*, *Hinnulus*, carne non solum valde ac viscida, quam ventriculus vix conficit, sed etiam redolet.

X. *Centrine*, carnem habet substantiæ valde ne c. 41 ut vix alius piscis eandem duriorem habeat, quæ per viscosa glutinosa, ac gravis virosique odoris

l. 2 c. 54 XI. *Colias* seu *Lacertus* palato minus sapit, car arida, acrior & mordax est, succique deterioris, q alvo non facilè excernatur.

l. 3 c. 25 XIII. *Congrus* apud veteres Græcos moderno Hispanos magno in pretio habetur, apud Britanno rò pusilli æstimantur, qui elixi convolvuntur ac e duntur, cumque aceto & sinapi sumuntur. Qua autem stomacho grati existant, durioris tamen e habentur, & exigui nutrimenti.

XIV. *Encrasicholi*, *Sardellæ*, in locum gari apud

su

cceſſerunt, aphujæ autem genus eſt, ac ab *Ariſtotele* *l. 6 hiſt. an. c. 15*
ngraules nominantur. *Scaliger* ad genus halecum pu- *Exerc. 216 de ſubt. § 2*
llorum refert. Saliuntur capite truncato, ablato felle,
olique exponuntur, donec caro diſſoluta fuerit. Opti- Aldrovandus *l. 2 c. 33*
mum remedium ſunt ad appetitum dejectum excitan- Voſsius *l. 4 Idol. c. 25*
um, pituitam craſſam in ſtomacho attenuandam, al-
umque irritandam, ac venerem ſtimulandam. Carni-
is etiam præſertim vitulinis adduntur. Comedun-
ur quoq; crudi in ſartagine cum oleo vel butyro frixi;
ec non fumo ſiccati.

XV. *Galeus*, carnem habet præduram excrementi-
am ingratique ſaporis, nec abſque acri condimento Aldrovandus
ut alliato ſumendus. *Galeus Acanthias*, præterquam *l. 3 c. 32*
uod etiam carnem duriorem habeat, inſipidus quoq; eſt.

XVI. *Glaucus* ad Galeos pertinet, à colore ſic dictus,
ui ex albo cæruleus eſt, magnus & interdum tricubi-
lis exiſtit. Inter piſces carnis durioris recenſetur, ac Ariſtoteles
on minus bonus eſt, quando eſt gravida, quàm cum *l. 8 hiſt. anim. c. ult.*
on exiſtit. Bene autem nutrit, ac *Plinius* copiam
ctis mulieribus facere aſſerit, de quo quamvis dubi-
ari poſſit, quod piſcibus ejusmodi nutriendi vis, ſine
ua copia lactis eſſe non poſſit, data non ſit, defenditur
amen à *Voſſio*. *l. 4 Idol. c. 40*

XVII. *Gobergus*, duriſſimam carnem habet, ac fuſte
rius contundendus.

XVIII. *Gobius marinus* ſeu *Tobias*, quanto in pretio
pud veteres exſtiterit, locus *Martialis* docet *Xen. n. 85*

In Venetis ſint lauta licet convivia terris
Principium cœnæ Gobius eſſe ſolet.

Quod verò quidam ex illo *Juvenalis*: *Sat. XI. v. 37*

Ne mullum cupias cum ſit tibi Gobio tantum
In loculis,

iliſſimum & nullius pretii piſcem venditent, id longe
liter explicat *Aldrovandus*, poëtam ſcilicet ſuadere, ut *l. 1 c. 20*

si quis delicatum piscem desideret, nec tamen it
mosus sit, ut mullum emere queat, is gobium r
petat, sextuplo minorem mullo, adeoque ut pret
latenus tamen sapore & bonitate inferiorem.
enim persuavis est, pinguique teneritudine del
facilis digestionis ac boni succi. Assus in dysen
lienteriis ac tenesmo prodest. Præstat verò qu
saxa aut in arenosis littoribus, vel quoque alto m
vit, quàm qui circa ostia fluviorum, aut in pal
marinis locisque cœnosis degit utpote deteriori
pisces similes conditionis. Deinde quoque cand
gris gratiores sunt, & flavescentes substantiâ ex
Gratarolus *l. de Liter. valet p. 158* rariore, succum autem suppeditant tenuiorem
gis alunt. Virides vel nigri deterrimi.

XIX. *Harengus.* Neque enim veterum haleci
men pisci huic competit, utpote quod gari quodda
l. 2 c. 10 l. de Hareng. o. II. tium, seu muriæ conditaneæ genus erat, uti pc
drovandum pluribus ostendit *Neucranzius.* Vete
enim ignotus fuit, quibus exigua maris septentri
Vossius *l. 4 Idol. c. 2* notitia erat. Nobis piscis est nobilissimus, qui
Timæus *Consil. Diat. p. 119.* sibi singulare vendicat, quod paratus cuique cibi
nec aquâ, nec igne, nec butyro, nec ullo alio condi
to, nullisque aromatum offuciis, ac quæsitis sapo
blandimentis opus habeat, solaque ingenitâ suavit
commendet, in quem natura cunctas dotes cont
visa, quas aliis piscibus sigillatim concessit, unde &
becæ aliisque in locis coronati in picturis conspic
tur. Carnem autem habent albam ac friabilem, f
lis digestionis, quam etiam adjuvant. Præterea pi
tam detergent, & alvum humiditate suâ movent, n
tus certè in Harengorum bonitate prædicanda la
l. 2 obs. 24 tus *Neucranzius* est. Et *Tulpius* Amstelodami nunq
Medicorum messem magis sterilem refert, quàm
horum adventum & comessationes. Experientiâ q

e constat, cum primi haleces à piscatoribus in copia loccos maritimos deferuntur, venenatam auram pe-mque ipsam sensim evanescere. In peste tamen Nomagensi contrarium observatum, quæ sub halecum ventum magis increvit, multis, qui eosdem comerant, intra 24 horas contagio infectis, quod ad locon & temporum diversitatem non incommode refer-. De ægris quibusdam particularibus, ut febricitibus ac hydropicis nil quicquam dicam, quos ab eetito & concesso halecis usu morbos sæpius abegisse vulgus notum. Est tamen & quædam eorum differentia, & magnitudo adeo variat, ut in Scotia, ac nnullis oris Norwegicis capti duplo majores Flandris stant, multo tamen duriores, strigosiores, avidique exsucci sint, plebeiis aliisque qui valide exercentur nquendi, Omnium optimi Flandrici, qui quotanab Hollandis Seelandisque in mari Anglico ac littore atus Eboracensis circa Scarbarough usque ad Tais ostium capiuntur, & vulgò *der Flämmische Hering* it, quoniam Flandri primam piscandis ac condienharengis famam sibi comparârunt, quod mercimom dein vertentibus se rerum fatis, ad Hollandos, andosque devenit. Capiuntur autem tantâ copiâ, re multitudine extrahi nequeant, gregatim adnaes, cum lumen piscatorum super aquas vident, ex adore verò à piscatoribus deprehenduntur. Noctu n ventribus versus summum æquor obversis in alucent & sæpe tam vehementer ut mare fulgurare atur. Captura ipsa instituitur die 24 Juni stylo vequi Divo Johanni sacer est, idque autoritate publiquod tum demum ad justam magnitudinem adolent. Qui ante illud tempus sub nomine *Grass-Hering* ide apportantur, vel quoque à die 24. Junii stylo capiuntur, virgineique seu vulgò *Mätgens-Hering* au-

Ettmullerus Colleg. in Schröd.

Diemerbrokius l. 2 de pest. p. 185

Sennertus in paralipomenis p. 149

Neuermanius c. 12 p. 59

audiunt genuini non sunt, utpote minores tene
que. Dicti verò harengi die 24 Junii stylo veter
in ipso mari statim exenterantur, saleque copio
sperguntur. Recentissimi autem saliuntur, ne q
xæ aëris injuria contrahant, ac quo salis vis alt
netret, in eodem diligentissimè versantur, vannisq
bro jactatu volutantur, donec pl. ne flavescant, qu
ne redduntur etiam magis compactiles. Tardi
rò aut negligentioris conditurę signa sunt, si c
re gi in muriaticis ruffescat, vel hi ipsi dissolutis
jam marcescant. In mari ita conditi simul ac
cum illum, unde naves solverant, delati sunt, i
lustrantur, ac sale consperguntur, idque in loco
co, quod *Verpacquen* vocant, ubi quoque censores
qui va à inutilia & harengos corruptos à cæteri
Tulpius l. 2 Obs. 24 rant. Ex lege autem publica apud Batavos
ante decimum à salitura diem harengos venum
nere concessum. Tum enim à sale illam coloris
tionem & saporis maturitatem adepti videntur.
gicis his succedunt, qui circa Bergas in Norwe
dein in Jüttlandia ac Scania capiuntur, & *Sandisc
vinge* adhuc hodie vocantur. Bergis quidem qu
runtur Flandricis majores sunt, quique Drunthe
Norwegia saliuntur, cum optimis Flandricis inte
contendunt, magis quoque durabiles existunt
Id. p. 77 asservari. Circa Scaniam autem & præcipuè F
boam maxima olim earundem captura fuit, qu
fidem pene excederet, simplici enim manus offic
piebantur. Anno verò 1537 consueta Scaniæ littor
rengi declinarunt, Norwegiamque aliquamdiu c
serunt, inde verò ad Scotiæ Angliæque littora.
tamen in mari mediterraneo Harengi nascuntur
Id p. 8 quidem *Bellonius* affirmat, formæ enim cum Th
ac Sardellis similitudine sine dubio deceptus fuit.

me

ıtur Harengi partim recentes ac muria conditi,
ſi ultra ſatietatem aſſumpti ſtomacho cruditates
t. Vitandi verò annui & jam flaveſcentes, ac
ɔinam dorſi ruffeſcentes, quoniam in invetera-
modi pinguedo aliàs tenerrima jam ranceſcit, mu-
carnem in ſe delicatam jam diſſolvit, frequentius-
me:ti ſcorbutum cauſantur. Deinde aſſantur ſu-
ıticulam, cum butyro tamen probe irrigati, ut
· luxurians magis abſumatur. Ad ſalſuginem
deponendam in aqua prius macerantur, quam-
ſerum fatear, haleces ejusmodi ſalſugine ſua exu-
icillimè digerantur. Friguntur quoque in ſar-
cum butyro & oleo, quo pacto tamen viſcoſio-
ıdunt, nec ita commodi exiſtunt. Aſſus ejus-
ıarengus elixo difficilius digeritur, quod & ru-
doroſi ex ventriculo confirmant, ad quos etiam
ndos & ſegniorem guſtum ſimul excitandum,
napi comeditur. Quidam vinum ſuperbibunt, *Id. p. 70*
ınidem ad palatum ſapit, præſtaret tamen ſitim
ıeſtione ejusmodi enatam, cereviſia reſtinguere,
rimonia ſalis vino diluta, viſcera facilè inflam- *Id. p. 47*
Refrigeratus autem ab aſſatura harengus rejici-
ximè ſi calens ac opertus loco frigido & humi-
ıot dies reponatur. Parantur etiam ex Haren-
ɔnia, videlicet ex carne à ſpinis penitus liberata,
r conſciſſa, cumque pomis paulò copioſioribus
latum confectis mixta, addito cepæ momento,
; ac aceti modico, quo obſonio ignavum ac mar-
em ventriculum mirè excitari obſervatum. *Neu-* *p. 65. 68*
ı oſtreas artificiales ſequentem in modum paran-
et. Recentium ſcilicet grandiorum Harengo-
ılco lacte prægnantes genitales meatus hyeme,
ım venere contabeſcant, & extenuentur, in fru-
cantur, ferventique vino ac butyro immittun-
 tur

tur, & sale pipere, zinzibere macere, ad modum
rum condiuntur, ac super craticula in ostrearu
dein fervescunt.

XX. Nunc ad harengos infumatos seu passo
Bücklinge vocant, à Guilielmo quodam Beukelio
tore Bierflitensi, qui Flandris suis hunc parand
primus monstravit, & anno 1347 diem obiit. I
tur verò præ cæteris Harengi in Anglia infuma
gò *Englische Bucklinge*, dein in vicinia urbis En
capti, fumoque indurati *Strandt Bucklinge*. Mac
Id. p. 70 harengi per aliquot horas muriâ carnium porci
dum oculorum in illis color mutetur, suspen
dein in caminis, ac intra paucos dies fumo ita i
tur, ut toto anno incorrupti permaneant. Elig
tem harengi grandiores ac lætiores, ultimâ hye
vissimè capti, & ante salituram exenterandi, ne
humor carnem aliàs suavissimam, ventri præse
cinam amarore inficiat, vel recrementa in ven
manentia tetrum saporem communicent. In suff
tione verò ipsa cavendum, ne vel properata ni
ac Harengi nimio calore corrumpantur, vel la
ac diu intermisso fumo putrefiant. Dein ne lig
trida in fumandis adhibeantur, adeoque putri
sapor, sanitati maximè noxius concilietur. Ne
longius suffumigatio protrahenda, ne harengi su
ingenito plane absumpto durescant, coloris fur
risque ac saporis ingrati evadant. Quamvis au
fumati sic harengi novelli optimum alimentu
beant, ac salmonem interdum gustu mentiant
quentior tamen eorum comestio biliosos & adu
mores gignit, ac sanguinem depravat; Quo vet
certè eo duriores quoque & concoctu magis d
ac interdum lignei. Imprimis censuram hanc
runt illi harengi, qui à salsamentariis in vili cor

a & jam vetustescentes infumantur, ut diutius pe-
ient ac vendi possint, utpote quos vetustior salsura
corrupit.

XXI. *Harengus Bothnicus* piscis soli Sueciæ vernacu- carne candidâ ac tenerâ, Harengoque magis fria- ac ficciore. Salitus magis exsuccus est, nec ad Ha- gos accedit. Neucranzius p. 19

XXII. *Hippurus* veterum, *Rondeletio* is piscis est, qui panis apud quos frequentissimus *Lampugo* appellatur, qui scilicet suavique carne sed duriore, Aldrovandus l. 3 c. 17 Vossius l. 4 Idolol. c. 27

XXIII. *Laberdanus* ex asellorum classe est, utpote inveteratus, ac salsugine abluta nova iterum aqua sa elixus; Non tamen æque salubris videtur. In riorem Germaniam per Rhenum fluvium devectus ni piscis nuncupatur. Jonstonus Syntagi part. Diat.

XIV. *Liparis* à pinguedine nomen habet, quæ etiam cute tanta est, ut carnis loco esse videatur, unde & is asservatus totus in oleum abit, & comestus succo modi pingui ventriculum evertit, alvumque lubri- Aldrovandus l. 3 c. 13

Sale tamen conditus non ingrati saporis, Haren- ue nostro similis evadit, sic enim superfluus humor imitur. Vossius l. 4 Idol. c. 31

XV. *Lyra* carnis dicitur duræ & siccæ suavis tamen. Id. c. 25

XVI. *Manatus* piscis est Indiæ occidentalis, cujus vitulinam carnem exacte refert, si concidatur ac tur, longissimo tamen tempore incorrupta manet; da si coquatur tota in pinguedinem abit, quæ ve- te non fit rancida, nec mali saporis, quâque ova in gine friguntur. Id. c. 32

XXVII. *Melanurus* seu *Ophthalmia* parvus piscis est, acho gratus, quique facilè digeratur, succumq; pro- ppeditet, bene nutriat, nec difficulter excernatur.

XXVIII. *Merula* carne tenerâ ac molli, quæ facilè oquatur, bonumque sanguinem generet, nec valde Aldrovandus l. 1 c. 6

excre-

excrementitium, unde & ægrotis ac febricitantibu venit, magis tamen elixa. *Trallianus* epilepticis que commendat.

XXIX. *Millenarii* saporis non ingrati sunt a nutriunt.

l. de Hareng. p. 10 XXX. *Mæna* à *Theodoro Gaza* pro harengis h tur, qui tamen refutatur à *Neucranzio*. Sunt aut sciculi minuti ac fœtentes, illo imprimis tempo fœmina fœtu impleri incipit, & deterrimum cibu *l. 12 Epigr.* peditant. *Martialis* inutiles vocat, atque hirci o illis tribuit, sic enim legenda est urcei vox, qu *l. 4 idol. c. 25* contrarium hic sentiat doctissimus *Vossius*. Qu ex Lipara veniebant, meliores erant & in cibum *l. de Literat.* mendantur, Ejusdemque generis sunt Italicæ *Gratarolo*, etiam cum utero graves sunt adeo la *Valet. p. 158* Magis probantur in sartagine frixæ quàm elixæ ratur quoque ex visceribus horum pisculoru conditis certum liquaminis genus, cujus quam vilioris mentionem faciat *Persius*, *Plinius* tamen *Sat. 3 v. 76* dissimum vocat.

Jonstonus Syntag. part. Diat. XXXI. *Morhua*, seu *Molva*, cum coquitur ca dit glutinosissima, quæ farinam aquâ dilutam, v charum solutum refert.

XXXII. *Mullus* seu *Barbus marinus*, Belgis *Se* quod inter littorales omnibus palmam præripiat. to autem quondam in pretio apud Romanos fue *l. 4 Idol. c. 25* quam ingenti sæpe pecuniâ, à *Vossio* ad 180 imo 2 *l. 9 Hist. Nat. c. 17* renos Belgicos computatâ, redemptus, ex *Plinio*, J *S. 4 v. 15* & *Seneca* apparet, quin & hic ipse cerimonias in *Epist. 96 &* dendo ac apparando mullo adhiberi solitas, prol *l. 3 quæst. Nat c. 17. 18* censet, ut adeo rectè *Galenus* hunc piscem tantu *l. 3 fac. alim.* cibo voluptuario æstimari scribat, quo & illud pe quod eundem vasis aureis in mensas deferrent, *l. 2 Epigr. 43* gemmæ illigarentur, quæ vasa chrysendeta *Marti*

Laudatissimi olim prope rupes Herculeas capie-
ur, hodie eosdem mare Tyrrhenum suppeditat, ut
omanum, quo longius tamen à littore capiuntur,
nque & purum mare incolunt, adeoque bonis ali-
tis vescuntur, eò præstantiores sunt, cujus indiciũ
olor corporis rubicundus, fulgurque igneus ac au-
. Præferuntur etiam vulgò majores, fortè quod
ra capita & ampliora jecinora ad varia pulmenta
ienda iisdem adsint, de quibus latius *Aldrovandus* l. 1 c. 1
sius. Deinde recentes, ita ut in comesturi quasi
n exspirent. Cæterum mulli caro durior est, fria-
tamen, quæ crassiorem quidem succum suppeditet,
àcile corrumpatur, si tamen probe digesta fuerit,
alat. Si assatur alvum adstringit, inque fluxu alvi,
tico vulgò dicto imprimis prodest. Commenda-
t in cibum stomachicis hydropicisque, ut & tempo-
tis. Noxius autem statuitur illis, qui hæmorrhoi-
liasque sanguinis excretiones patiuntur, ut & qui-
risus hebetior, præterea in viris venerem exstin- Grataroltus
si vivus in vino fuerit suffocatus, hocque in potu *l. de Lit. va-*
ditatum, & in fœminis naturali quâdam vi men- *let. p.* 159
s resistit, adeoque & conceptionem inhibet. Bi-
etiam vini tædium inducit, si quoque, ceu dictum,
no suffocetur & hoc bibendum propinetur.

CXXIII. *Muræna*, apud Romanos jam in maximis
iis habebantur, Siculæ imprimis, adeo ut Licinio-
quædam familia cognomen inde duceret, & pre-
murænarum vivaria construerentur, ceu latius hæc
bius. Tria autem earundem genera recensen- *l. 2 Saturn.*
maximæ scilicet, quæ in solo lacu Colbacensi, nec *c.* 11
er totam Germaniam annuatim circa Festum Na- Timæus
rum solummodo capiuntur, carnemque habent *Consil. Diat.*
lem saporis jucundi, facilis concoctionis bonique *p.* 1121
nenti. Medium genus est paulo minus, inque

Gg flumi-

enim acrior eo præstantior quoque, ob turgesc
Ettmullerus Coll. Schröd. p. 529 scilicet salis volatilis, à quo omnis ejus vis est.
giè corroborat stomachum, unde & in crudita
dem acida, morbisque inde ortis chronicis ac
xiis confert, flatus & colicam dissipat. Deinde
rum confortat, obstructiones mensium & suffoc
hystericas tollit.

III. *Cardamomum majus*, *Grana paradisi*, quamvi
Horstius in Dispens. part 3 l. 6 c. 78 Not. ad Garziam. p. 7 plantæ enim partibus essentialibus differunt. N
sponte ex planta cubitali ac siliquosa, non verò
bore procera. *Bontius*, qui millies crescere vidi
rundineta refert. Colliguntur folliculi seu f
quando incipiunt ruffescere exponunturq; Soli.
vocant cardamomum piperatum, piperis enim
daneum esse potest, & Indi loco condimenti i
utuntur. Majus tantum in officinis exstat, eligun
na glabra ex fusco ruffescentia, acremque sapor
bentia. Est etiam granorum paradisi species, q
catur *Alvas*, ac folliculos habet pulpam fungo
spongiosam continentes, saporemque & odorem
mi aromatici, cui etiam substitui possunt, apud
Valentini Polychr. Exot. p. 5 rò prostant. Cæterum granorum paradisi n
etiam venduntur interdum semina quædam co
phaseoli Indici minimi nigra macula notata.

IV. *Cardamomum minus* differt à majori, odor
pore, quem habet aromaticum gratum & acren
majus contra camphoratum saporem & follicul
beat duplo longiores. Minus verò apud Indos
colitur & seritur, colligiturque quando follic
cipiunt ruffescere, lavaturque & exsiccatur. Quo
Crausius Nov. Liter. Hamb. an. 7c5 p. 306 verò illi omnia cardamoma, priusquam ad nos d
tantur, aquâ calcis vivæ imbibunt, apud nos eaden
pagari nequeunt. Continet cardamomum sal vo
valde temperatum, unde quoque masticatum f

adeo, ac cætera aromata afficit. Imprimis ventri-
n roborat, flatusque & colicam tollit, ac in verti-
ex debilitate stomachi obortâ confert. Indi pi-
bos abundanter cardomomo condiunt. Speciatim
ue memoriam confortat, ac contra apoplexiam
ervat, & doloribus mulierum post partum mede-
nane masticatum aëri contagioso ac morbis mali-
resistit.

. *Caryophylli*, Germanicè sic dicti quod clavum re-
t. Sunt autem fructus, uti Celeberrimus in Bo-
is Lugduni Batavorum Præceptor Meus, quem
apite aliisque dein Exoticis in plerisque sequor,
inquam *Hermannus*, Indiarum per aliquot annos
& αὐτόπτης affirmabat. Baccas vocat *Rumphius* *in Miscel. G. Dec. 2. Ann. I Obs. 11*
ue delineationem plenius exemplo à capitello ro-
a seu calyce in quatuor cuspidulas se dividente de-
to explicat Illustr. *Schrökkius* Noster. Arbor est in
ona Insula, unâ ex Moluecensibus, procera, cerasi
tudine, lauro simili, cortice rubescente foliis co-
simis angustioribus & myrtiformibus, quæ odoris
antia ipsos caryophyllos æquant. Hi verò in ra-
ulorum extremitatibus copiose clavi modo erum-
fructusque adhuc virens suavitate omnes alios su-
; In principio cum in arbore adhuc sunt, colorem
um habent, suavioresque & magis temperati exi-
postquam verò maturuerunt, acriores & nigrio-
adunt. Colliguntur ab Octobri ad Februarium
em, ac decutiuntur non manu sed arundinibus,
rius circa arborem mundato. Qui decutiuntur
uam maturuerunt caryophyllorum nomen reti-
minoresque esse solent; Qui verò maturitatem
untur & sponte decidunt *Anthophylli* audiunt, ma-
ue existunt. Sordes quibus purgantur, sunt pri-
etioli quibus insident, dein fragmenta ex quibus

 oleum

oleum separatur. Collecti cratibus imponuntu
tis ari foliis tecti per aliquot dies in fumo mac
dein verò in Sole exsiccantur, ubi fulvum illu
rem acquirunt, quali vulgò cernuntur. Adult
dum pondus augetur, quod fit primò quando
gens aquâ plenum in cellis, in quibus caryophy
reponitur, aqua enim tota in caryophyllos abir
rò intumescunt nec sonitum edunt. Deinde
destillantur, iterumque exsiccantur atque aliis
scentur, tum verò sapor tenuis est. Mercatores
rem caryophyllis restituant, quem cum tempo
tunt, optimos primò caryophyllos in vino ma
eique postmodum in odores infundunt, qui e
vum odorem imbibunt, facilè tamen iterum, ni
co frigido contineantur exhalantem. Aliàs con
Jonstonus Syntag. tur integri, si marinâ aquâ aspergantur, hoc en
fiat teredinem sentiunt; Eliguntur autem caryop
nigro rubescentes, sapore amariusculo, qui frac
tum edant, odore acutissimo ac suave fragranti,
que aut acu candente confixi, oleosam quandam
ditatem emittentes. Caryophylli Anthophylli
stantiores existunt, eo quod pori sint constrictio
proin oleosus spirituosusque humor non facilè e
Est & tertium caryophyllorum genus sed rarun
dentati, propter cuspides aliquot, alternatim ex la
erumpentes, & regii vocantur, quod in summit
ronula conspiciatur, àque regibus solis expetantu
ctus emittunt denticulos ac depinguntur à *Rum*
Dec. 3 Ann. 5 obs. 148 Miscellaneis Societatis Nostræ. Sunt verò mi
magnitudine grani hordei. Incolæ filum trajiciu
co armillarum gestant; Pluribus de iisdem agu
Dec 2 Ann. 1 obs. 21 *phius* ac Illustr. *Schrökkius* Noster in Miscellaneis,
ctè pro fabula habet, quæ de arbore horum cary
lorum vulgò referuntur, quod scilicet unica in t

inque medio ejusdem sita sit, & reliquæ arbores s eam se incurvent. Quoad usum caryophyllorum ium, propter pinguiorem substantiam, diutius & s ac reliqua aromata calefaciunt, respiciuntq; im- is genus nervosum, quod egregie corroborant, usque confortant, unde etiam in capitis stomachi ri affectibus frigidioribus seu acidis magni usus.

Hoffmannus *Clav. Schröd. p.* 432

Horstius *l. de studios. san. p.* 83

Præterea fœtorem anhelitus emendant, caligi- oculorum auferunt, visumque acuunt & venerem lant. Quamvis autem inter caryophyllos & an- iyllos nulla specialis & tantum ratione maturitatis entia sit, hi tamen magis in uterinis affectibus ac e imprimis albo commendantur. *Rumphius* ad aro- epeos pronunciat.

I. *Cassia lignea, Xylocassia.* Differt à cinnamomo, hoc existat cortice crassiore, in ampliores & sca- magis cannulas contracto, odore sit fragrantiore, e acri cum dulcedine quâdam, dentibusque con- p lignosi quid post se relinquat, cum è contra cas- rtex sit tenuior, glaber inque minores cannulas lutus, odor magis languidus, sapor exiguæ acre- particeps, cum subadstrictione quâdam viscosita- nter masticandum linguæ exhibens. Veteribus na eademque re cassia lignea ac cinnamomum ha- ur. Cassia verò hæc duplex est, malabarica & ensis. Ab incolis species cinnamomi sylvestris ar, *Cleyerus* autem climatis diversitati adscribit, & aricam canellam à vera canella quoque nihil dif- statuit, quod oleum ejusdem mixturam quasi ex cinnamomi & oleo camphoræ referat. Quoad cassia hæc cum cinnamomo convenit, quod & ei- substituitur.

Schröckius *Misc. G Dec. 1 An. 2 obs. 6*

Misc. G. Dec. 1 Ann 4 obs. 6

I. *Cassia caryophyllata* à cassia cinnamomea differt e politiorque & glabra magis est, dein tenuitate,

sapore & odore. Arbor est species myrtifolia, vo
Coninga, nasciturque in nova Mexico. Eliguntu
aromaticum spirant odorem, præcipuè quando
guntur & naribus admoventur, quique saporem ci
momeum spirant. Fructus ejusdem *amomum* est.
autem amomum veterum sit adhuc ignoratur, eju
loco acorus substituitur. In officinis verò hoc n
ne duo semina veniunt, quorum alterum minuti
pallidulum. Alterum verò majus instar cubeba
aut granorum piperis rotundioris nigrum ac ro
gustu tamen non acre. Est autem ceu dictum fr
seu baccæ cassiæ caryophyllatæ. Veteribus integ
mus cum fructibus afferebatur, nobis verò tantum
ctus, in ligno enim aromatici nil resides. Debe
ponderosi, & seminibus referti. Raro autem in
venit, ejusque loco radix acori veri substituitur.

VIII. *Carpobalsamum* fructus est plantæ balsami
Horstius Dispens. part. 1 p. 134 probatur ponderosum gustuque acre. Vulgar
nus legitimum est, utpote in odorum rancidum,
tum, nec suaviter spirans. Loco illius cubebæ sum

IX. *Cinnamomum*, *cassia canella* quomodo à
differat dictum. Nullibi terrarum in toto orbe
Misc. G. Dec. 2 An. 4 obs. 6 quam in sola insula Ceylonica, *Cleyerus*
Misc. G. Dec. 2 An. 8 obs. 59 Diversis tamen Indiæ locis ipsique Sinæ, nec non A
ricanis Antillisque insulis commune facit *Carolus*,
ipsum ita conciliat Laudatissimus *Schrökkius*, ut
ad nos advehitur cinnamomum, non nisi ex Cey
ca insula veniat, eoque respectu *Cleyeri* assertum in
gendum sit; Vel etiam præstantissimum cinnamo
soli Ceyloniæ adjudicetur, reliquum verò vilioris
ditionis etiam aliis regionibus adscribatur, atque
lius differentiam cassiæ nomine veniat. Arbor ip
ro haut absimilis est, oleæque magnitudine fert
fructus fert paulũ minores ac albicantiores baccis

es nive candidiores sunt ac admodum fragrantes, pluribus arbor describitur à *Carolo*, *Breynio* ac *Grim-* *Misc. G. Dec. 2 An. 4 obs. 130 Act. Hafn. vol. 5 obs. 91 Parthenius in Act. Lips. an. 99. p. 331*
In summis autem arborum verticibus lanugo lam concrescit, in qua mel & cera generantur, ex Lusitani candelas duxerunt, quæ accensæ fragrantum cinnamomi odorem spirabant. Si verò an- arbores evadant instar quercuum sunt. Colligun- ortices bis in anno, Augusto & Januario, modus talis est, arbor primo bis ad latus inciditur à supe- parte ad inferiorem, deinde transversaliter bis. ex verò hic extimus mollis est, coloremque viri- habet, neque olet, siccatur autem ad Solem colo- que roseum, odorem ac saporem aromaticum men- demum spatio acquirit, ac in plicas abit, seque rahit. Quod si verò nimiis Solis ardoribus com- tur, nigrior & contra, si non probe præparetur, icans sive cinerei coloris evadit. Singulis autem nis ab una eademque arbore corticem detrahunt, ipsam verò intactam relinquunt, utpote cujus li- omni odore ac sapore destituitur, vi aromaticâ in rtice residuâ. Eligendũ cinnamomum acutissimũ, nim in pellicula interiori hæret, ideoq; quo tenuius rius, dein subrubrũ, odoris fragrantissimi, saporisq; ris, ac cum peculiari quâdam gratiâ, quam in ullo æterea simplici reperias. Rejiciendum autem idum ac inodorum, quod sine dubio per macera- m suas vires amisit. Sapor verò ejusmodi ac o- pluribus annis ac interdum quinquaginta persi- dignumque notatu est, periodicam nonnunquam ris hujus in cinnamomo varietatem existere, cujus s egregiè *Ludovicus* rimatur. Usus cinnamomi mè consistit in restauratione spirituum animalium, in Apoplexia, syncope, viriumque imbecillitate, stomachi debilitate humiditate flatulentiis ac eru- ctatio-

Hoffmannus Clav. Schröd.

Helmontius Dispens. modern. § 16 Rivinus cens. offic. p. 33

Misc. G Dec. 1 an. 4 obs. 202

Pararolius Pent 2 obs. 28 Baglivus l. 1 prax. p. 72 Horstius l. de studios. san. p. 83 Etmullerus Coll. Schröd. Tom. 1 p. 548 Ludovicus Misc. G. Dec. 1 an 9 obs. 35 Ridlinus Millen p. 84

ctationibus magnum usum præstat, toto die mast ac cum saliva deglutitum, diarrhoeas ac dysent à stomachi languore ortas sanat. Nec minus & scerum obstructionibus confert, propter tenui suam, ac penetrantiam, illaque adstrictione sua rol In visu quoque imminuto cum successu come Præterea gravidas ac difficulter parientes corrol Cum verò uterum insigniter irritet, & menses let cautus ejusdem quoque primis mediisque me usus esse debet, quamvis me non lateat cinnamo coctum cum vino paratum, mensium fluorem ni etiam in cholericis ac tenerioribus tollere, quibu tamen cinnamomum ejusque aquâ nauseam m cujus idiosyncrasiæ exemplum aliquando etiam ro habui.

X. *Costus amarus*, à costo dulci non maturita ætate, ut plurimi volunt, sed specie differt, est dix oleosa nigricans plantæ non sua sponte sed in China nascentis. Substantiâ autem est pingu porque linguæ diutius adhærescit, unde & præ

XI. *Costus dulcis* è contra est plantæ radix lignosa, non quidem sapore dulcis, sed non ita cantis ac amarus. Odorem habet violaceum, sua sponte tam in India, quàm in Regno Chinensi dix quando recens est, magis carnosa existit; quodammodo hederacea, semina continentur in Nascitur locis undosis umbrosisque, & colligitur quando folia incipiunt siccescere. Figura quam habet fallit, videtur enim radix iridis aromatica.

XII. *Costus Arabicus* aliàs Canella alba dicitur, perperam, hæc enim est cinnamomum vulgare tantum differens. Est verò plantæ Bengalæ dicta tuberosa oblonga, differtque à reliquis costi spec Planta facie cum zinziberis foliis convenit, ut vi

it distingui inter se folia, flores habent in spicas di-
ositas, semina sunt in capsulis. Costus autem viribus
m cinnamomo ferè convenit, adeoque in Apoplexia,
ralysi, cruditate stomachi acida, flatibus ac tormini-
s, nec non uterinis mensium affectibus multi usûs.
aeterea mane masticatũ ab aëre contagioso præservat.

XIII. *Crocus*, sunt flammea stamina plantæ cujus-
m bulbosæ, folia angusta & graminea, florem verò
rpureum Hermodactyli pratensis instar circa initium
tumni ferentis. Vere viret, totâque æstate se in latum
ecit, autumno autem flores leguntur. Præstat Orien-
is, qui ex Sicilia præcipuè transfertur, in cujus mon- Horstius
Caryco nascitur, vulgò Crocus de Aquila. Primas *Pharm. Reg. part. 1 p. 12*
nen Croco Anglico defert *Bontius*. Nec minoris præ- *Not. ad Garz. p. 9*
ntiæ est, qui in Regno Neapolitano circa Abruzzo
scit, quique in Germania circa Viennam provenit.
servandus autem in vasis plumbeis & loco sicco. Hu-
dis enim locis fit ponderosior ac evanidus, & quan-
m accedit ponderis tantum decedit viribus. Adul-
atur Cnici floribꝰ ut & carnis bubulæ fumo induratæ
lis, tumque colore rubro nimis saturato existit, nul-
sque admodum odoris. Notæ bonitatis sunt flavo-
 subalbido quodam mixta, quæ tamen manus colore
ficiat; Dein qui facilè flectitur, & difficulter teritur.
lor præterea jucundus cum quadam acutie tamen in-
nsus. Denique qui madefactus probe tingat. Egre-
e autem corroborat imprimis melancholicos, quorũ
osiratem ac tristitiam mitigat. Deinde pulmones
pectus confortat, unde & eorum anima audit & tus-
ntibus Asthmaticis ac phthisicis valde confert, iisque
t *Dodonaeus* loquitur, jam jam exspiraturis, spiritum Vossius *l. 5*
usi reducit, & vitam ad dies aliquot prorogat. In *Idol. c. 23*
ero etiam ac dysenteria opitulatur. Nec minus &
rum afficit, eumque ad excretionem seu mensium,

seu fœtus ac lochiorum irritat, adeo ut quoque fœtus in utero colore ejusmodi croceo in instanti quandoque tinctus in lucem editus sit. Quanta autem sanguinem stimulandi vi crocus polleat, exin apparet, quod equi sacculos croco repletos vehentes, mictu sanguinis perire dicantur. Non verò omnibus promiscue usus ejus convenit, constitutiones enim teneriores eundem non ferunt, & capiti nocet, doloremque ejus & coryzam cum sternutatione frequenter concitat. Dosis verò si drachmas duas excedat, vel subito instar veneni hominem perimit, vel hic delirat, instar ebrii, cum risu plusquam Sardonio, ac ridendo moritur. Etiam externe si ... per sacculos quis dormiat, quantitas ejusdem ... applicetur.

Heerius Obs. 14
Hertodius in Misc. G. Dec. 1 Obs. 60
Borellus Cent. 2 obs. 78
Pechlinus Obs. p. 95
Timæus Consil. dsat.
Ettmullerus Coll. Schröd. Tom. 1 p. 55

XIV. *Cubeba*, pipere rotundo paulò minores ... Galeni tamen carpesium esse negat *Horstius*. Est autem fructus fruticis convolvulacei seu hederæ instar arbo... bus se circumvolventis, grana includens sub cortice rugoso, cinereo, nucleum rotundum foras nigricantem intus albicantem. Nascuntur sua sponte in Sunda, ... Japanica, colliguntur, quando ad colorem cinereum ... gunt. Decoquuntur autem antequam institoribus ... duntur, ne apud exteros plantentur. Eligendæ ... res ac ponderosæ, quarumque sapor pertinaciter li... adhæret, in quo à Cardamomo distinguitur; Abun... autem sale volatili acri, unde & spiritus animales ... giè excitant, conducuntque in vertigine, memori... becillitate voce clariore reddenda, & segniori ve... excitanda, hinc Indi congressuri cubebas masti... Præterea ventriculum acidâ pituitâ refertum ... egregiè confortant, mane & vesperi sumptæ co... poplexiam præservant, uterique affectus pitu... emendant, sterilitatem præsertim ac fluorem alb...

Dispens. part. 1. p. 133

XV. *Galanga*, duplex est, *major* radice crassi...

a, minus odorata, foliis orchidis, flore candido. Mi-
r foliis myrteis, radice tenuiore, extra rubeſcente in-
s nodoſa, odore grato, ſapore acriori inſtar piperis.
c cyperorum autem ſeu iridum aromaticarum claſſe
dentur, naſcunturque diverſis plantis in China, & ex-
luntur ſponte in Java, eo modo quo zinziber. Pro-
gatur radice non ſemine, ſata verò mirum in mo-
m luxuriat ac ſoboleſcit. Minor præfertur majori
oducitur que à planta fere ſimili, quæ cardamomum
t, folia obſcurè viridia, flores coloris incarnati. Eli-
ur radix præter notas modo adductas, inſuper pon-
roſa & fracta, pauciſſimis conſtans fibris. Egregiè
iam ventriculum corroborat, & flatulentias ejusdem
cruditate acida diſcutit, unde hyſtericis, vertigino-
, nec non ſuffuſione oculorum notha laborantibus
liſſimè ſumitur.

XVI. *Nux moſchata*, aromatica, myriſtica, unguen-
ia, mochocaryon quoque dicta, non eſt nux, ſed nu-
us arboris nuciferæ, non in lateribus foliorum ſed
ummitatib9 erumpens, quandoque bini, terni aut plu-
, ut in nuce juglande. Sunt autem quadruplicis ge-
ris, primò eſt *ſylveſtris* macem habens non reticula-
, ſed denſam & compactam. 2. *Mas* oblongior, dua-
m circiter unciarum, rarus eſt, ac fœmina pretioſior.
Fœmina quæ figuræ ovalis eaq; vulgò utimur. 4. *Re-*
minor & piſum vix magnitudine ſuperans, compa-
or eſt, ſed ſucculentia, odoris fragrantia & viribus
ſtantior. Creſcit in Inſula Banda, Indiæ Occiden-
lis. Recens ex albo vireſcit, poſtmodum acquirit
ulas ſanguineas, punctatim interpolatas. Pulpam
ſi carneam circum ſe habet, ſeu corticem villoſum
ar mali perſici, qui per maturitatem dehiſcit, ut in
landibus. Poſt hunc eſt *macis* ſeu filamenta aut cor-
quidam tenuior, nucem moſchatam non tamen pro-

ximè ambiens, adhuc enim incumbit alii teg
corticoso, seu cortici lapideo, cui nux moschat
ditur. Coloris est primum rubescentis, post
flavescentis, quo etiam ut & odore suavi sapore
acri probatur. *Macer* verò *veterum* est corte:
sus crassus rubescens ex Malabara veniens, sap
ro atque adstringente. Adulteratur nux mo
Indiis, maceratione in aqua calcis vivæ, quâ
à corruptione servatur, sed virtus valde destruit
Langius *Nov. Liter. Hamb. an. 705 p. 306* in regionibus exteris progerminent. Eligenc
da ac minor, gravis pinguis, quæq; acu pun
oleosum emittat. Egregiè autem nux moschat
chum & visceea corroborat, unde & contra v
diarrhoeam, lienteriam ac dysenteriam confe
quoque discutit ac urinam movet. Præterea
confortat, sterilitatem emendat, abortum pra
Horstius *l. de studios. san. p. 50* in doloribus post partum flatulentis ab aëre fri
tuque simili exortis valde prodest. Imprimis v
bro ac memoriæ confert, si jejuno stomacho
tur, vel vesperi quarta pars assumatur. Non tar
que cautione in usum semper vocanda, cum
oleositatem nimiam stomacho gravis sit, ejus
Ettmullerus *Coll. Schröd. p. 609* menti digestivi acrimoniam obtundat, unde &
ses quoque, ut oleositatem ejusmodi corrigant
has ante pastum comesturi, recentes ac bene
Smidius *Misc. G. Dec. 2 an. 2 obs. 120* cum sale & aceto infundunt. Ex nuce mosch
majori dosi assumpta aliquando vir quidam colc
ternaturali, dolore capitis vertigine delirio, stu
denique visu & loquela penitus privatus fuit, u
duum lecto affixus, quamvis soporosus, somnum
Bontius *de Med. Indor. p. 6* non caperet. Observatum autem in ipsis quoqu
ex nimio ejusdem nucis usu, quosdam per dien
ralem tanquam caro somnolento correptos sine
motu jacuisse. Iis quoque vitandam nucem ha

titutione suâ ad alvi obstructiones inclinant, ex
entibus apparet. Quibusdam verò per idiosyn-
adversatur, habuique nuper exemplum Viri
ivam colicam gravissimam cum ructuum alviq;
sione ab ejusdem cum oryza esu contrahentis,
o axungiæ caninæ in cerevisia calida usu cessit.
erò propter sal volatile magis abundans acrior
lde penetrans, unde & major ejusdem nuce
ta efficacia. Cibos amarore suo temperato
eddit, ac imprimis in flatulentiis colicis usus val-
cuus, renesque & ductus urinarios aperit ac uri-
àm odore suo impraegnat, unde & calculosis
it & fluxiones siccat.

II. *Piper.* Apud veteres famosum erat Ligusti- Plinius l. 19 c. 8.
ood in Liguriæ montibus crescebat. Hodie aliud
m, est aliud longum. *Rotundum* fructus est fru-
fruticis sarmentosi, cujus folia sunt glabra, ex
idia, supernâ parte albicantia, floribus decussis,
nt grana primò viridia, quæ postea maturitate
t & corrugantur. Crescit in Sunda insulisque
itimis. In Malabarica quoque regione, cujus
alecutium, unde & piper Calecutianum audit.
ribus ex quibus utrumque rotundum, album
& nigrum colligitur, controversia est. *Garzias*
speciei statuit ex diversis arboribus ita tamen
s, ut fructû tantum differant. *Bontius* contra-
firmat, dicitque piper album esse maturius, &
er nigrum in aqua lotum & exsiccatum, verum
ipsum refutat. Sumat enim quispiam piper
, maceretque in aqua ac separet, nullum inve-
ticem interiorem. Colligitur nigrum antequam
ectam maturitatem pervenit, si enim piper pro-
rum evadat, in racemulis facilè in terram deci-
unc lectio est difficilis. Album verò non potest

 colligi

colligi nisi maturum. Initio enim utrumque pipe
ret, oportet igitur exspectare, usque dum videant
rem & discernant. Est autem piper album cariu
gro, utpote quod in tanta quantitate non nascitu
cum decidat, in tanta quantitate non legatur. I
tur minus rugosum ponderosum non cariosum ac
Piper longum macropiper, piper pipli à provincia pi
Bengala; Est racemus oblongus teres, instar juli
betuli compactus, cinereus, solidus confractus ex
tis granulis minutis plexu sibi invicem involutis
bor cum arbore piperis rotundi facie convenit, fo
men sunt longiora & latiora, hi verò Juli nascunt
opposito foliorum, & constant ex granulis. Colli
tur racemi probe maturi, quando incipiunt albi
Eliguntur solidi panderosi compacti. *Piper Æthi*
est siliqua arboris oblonga teres geniculata, colo
nigro rubescentis, includens semina oblonga rot
acris & amaricantis saporis. Nascitur in Chin
rarissimum. Cum verò piper sale volatili acer
bundet, hinc quoque valde penetrat, ac pituitos
mores incidit, eructationes flatus & colicam curat
terea acidas stomachi cruditates egregiè tollit, p
tim quæ post crapulam, aut cerevisiæ non defæ
gestionem existunt. Quantum autem febribus i
mittentibus opituletur in vulgus notum est. Co
Timpus Consil. Diat. p. 1125 niter teritur piper in tenuem pulvisculum, sed i
cum crassicule tantum contundendum. Tritu
ejusmodi exactâ plurimæ particulæ volatiles
ac insuper tenuissimè pulverisatum statim ad
viscera ventris inferioris penetrat, sanguinemq
primis ac hepar inflammat, corpusque emaciat
na piperis per medium dissecta, & prima mens
carnis aut alio liquore conveniente sumpta, app
excitant, coctionemque promovent. Quamvis
i

rdum integra, seu frusta seu grana quoque iterum
dant, nullatenus tamen dubitandum piper suam vim
ruisse, utpote quæ per lympham aliquam subtilem
entriculo latitantem elicitur, haut secus ac aqua, cui
gra piperis grana per diem & noctem immergun-
, vi aromaticâ imbuitur, grana verò dicta piperis
pida prorsus redduntur. Uti verò phlegmaticis
stitutionibus, senibus ut & hyberno tempore piper
le conducit, ita è contra calidioribus ac cholericis
peramentis, juvenibus & æstivo tempore nocet.
ontinuo piperis esu in hypochondriaco quodam, Grembs Ar-
e cholerico, quales plerumque sunt, icterus secutus, bor. p. 485
eminis quoque ob siccitatem, sterilitatem inducere
ur.

XVIII. *Zedoaria*, zinziber sylvestre, Zerumbeth,
is inter hæc discrimen quoddam *Hoffmannus* agno- Clav. Schröd.
. Radix est tuberosa, oblonga, brachii interdum p. 569
tem simul implens, extus cinereo fusca intus
scens, subamaricantis saporis, proximeque ad he-
accedentis. Nascitur sponte in extremâ Indiæ
te, Bengala & Malabara, ubi totas constituit syl- Manitius de
. Caules constituit plures, facie tamen externa Zedoar. p. 12.
nunquam inter se differentes, ut & folia magna; Eli- & 45
fusca ponderosa, odorata, amara nec cariosa.
em usus est in appetitu restituendo stomacho-
roborando cruditatibusque ejusdem acidis ac
s corrigendis, viribus expellendis doloribus co-
; hypochondriacis, hystericis, iisque qui in puerpe-
post partum existunt abigendis & cachexiâ præca-
. Præterea & venenis resistit, aëremque mali-
n corrigit, ut & acidos mineralium vapores, unde
o tempore manducata à contagiosis malignis-
morbis præservat, & metallarios chymicos opera-
s immunes reddit.

XIX.

XIX. *Zingiber* est radix oblonga tuberosa
sca intus alba, nascitur in Zeylan, præstat tar
ex Malabara & China affertur. Ipsa plauta
rundinacea, ex radice proferens arundinem
nem sed medulla plenam floribus pallidis. N
sponte & cultura excolitur, internodia scilice
tur & in terram inseruntur, quæ deinde cre
secus ac iridis radix apud nos. Modum quo
Clav. Schröd. p. 569 xicanos excolitur pluribus recencet *Hoffmann*
mus autem in officinis radices siccatas, ruffa
quibus cortex non est ademptus, seu pellicul
abrasa, quædam verò non decorticantur, qu
noris pretii. Præstant si bene sint exsiccatæ,
nimio Solis calore nec nimiâ umbrâ, propte
tatem enim, qualem plerumque participant,
rumpuntur. Eligitur zinziber album subfla
non foraminulentum seu perforatum, aut p
spargens, & quod confractum, paucissimis
bris, saporem habens acerrimum. Quonia
obnoxiæ sunt radices præservantur modo r
do creta inficiendo. Cæterum zinziber subf
siore constat, ac stomachum valde corrobor
cruditates acidas ac viscidas destruit & resol
Lemmius l. 4 Occ. c. 26 discutit. Imprimis verò iis, qui ex cerevisi
ca ingurgitatione uliginosum udumque v
contrahunt, vel dolore ejusdem ac gravitate
confert. Deinde quoq; in cruditatibus ab e
quadragesimali tempore contractis, nec n
prostrato, qualis post morbos chronicos ess
cificè prodest. Insuper vertigini resistit, a
caligini. A nimio tamen ejusdem usu hyd
eâ ratione contrahitur quâ vina generosa e
celerant.

CAPUT XXII.

De Tempore cibandi.

I.

[illegible]mpus cibandi respicit quando & quoties come[illegible]endum sit. Apud veteres autem quintuplex mo[illegible]bservabatur, primoque erat *jentaculum* in quo ob[illegible]labant, & vel solum panem sumebant, interdum [illegible]um, vel frustum panis mero intingebant, unde & [illegible]sum *ἀκράτισμα* ipsis audit, ab *ἀκρατίζομαι* offu[illegible]eraco imbutas assumo. Et rectè, matutino enim [illegible]ore natura paucissima exigere videtur, ut tantum [illegible]lo quopiam reficiatur. Secundus cibus erat *pran*[illegible] in quo quidam liberalius comedebant, neq; enim [illegible]bus veterum prandia in usu fuisse *Salmuthus* pluri[illegible]robat. Tertius cibus est *merenda*, quæ post me[illegible]n dabatur, pueris imprimis, quique duris operi[illegible]ngioribus præsertim æstatis diebus exercebantur, [illegible]iam quibus molestum erat, cœnæ tempus exspe[illegible]. Quarto loco erat *cœna* seu vespera, quoniam ve[illegible]apparabatur, & quidem plerumque satis laute. [illegible]tiis denique cibationis modus erat *comessatio* luxu[illegible]tantum potoribus ac noctu laborantibus in usu. *Not. ad Panci vol. l. 1 tit 51*

[illegible]. Optimum ac saluberrimum cibi sumendi tem[illegible]st, cum alimenta priori cænâ vel prandio ingesta [illegible]cta sunt, id quod maximè ex nauseæ absentia & [illegible]ente famis sensu cognoscitur. Nausea certè ci[illegible]m indubitatum concoctionis nondum aut non de[illegible]modo peractæ indicium est, adeo ut cibi indigesti [illegible] putridi in ventriculo delitescentes per longum [illegible]empus nauseentur, cujus exemplum notatu dignū [illegible]ndo de carne bubula observatum, continuam nau[illegible]movente. Quot autem horæ digestioni ventriculi [illegible]ndantur, ratione ventriculi firmioris, ciborum du- *Gerbezius in Misc. G. Dec. 3 Ann. 1 Obs. 76*

riorum, ætatis, vitæ generis magis activi, pa
animi concomitantium, aliarumq; circumstan
variat. Vulgò tres constituuntur. *Mareschallus*
Celeberrimus quondam inter Gallos militiæ
cum 68 annis firmâ admodum valetudine vixiss
improviso post alteram horam à cibo copiosè s
ictu tormēti in caput adacto occideretur, aperto c
nihil plane esculenti in ventriculo ejus dein repe

Imhofius *General. Gallic. p. 168*

III. Non autem fames diu nimis protrahen
inediam enim primò sanguis sensim incrassatur
latinosa solidiorum partium substantia perit, cu
pha continuò ductibus suis excernatur, chylus v
nullus vel paucissimus sanguini iterum accedat.
ventriculus pravis humoribus obruitur, qui c
præsertim impuriore existente ac deficientibus a
tis legitimis ad eundem confluunt quasi, & n
quam cardialgias, lipothymias, epilepsias, aliosq
ves affectus inducunt. Illis autem imprimis v
est inedia, quibus tam animo quàm corpore la
dum, cum illa per se ut dictum, exsiccet, & vire
vat. Biliosi quoque & graciles difficillimè eand
runt, sanguis enim diutina quasi accensione absqu
subinde & continuâ quasi chyli affusione adeoqu
cilaginosa quâdam delinitione, magis magisque
redditur, bilescit, unde quoque jejuniis assueti, tri
plurimum ac melancholici evadunt. Imo quod r
est, biliosi ex inedia acerrimas acutissimasque f
incurrunt, quæ facilè in hecticas declinant. Obs
tum quoque ab inedia delirium, quod sumpto cibo
savit. Obesi verò, sedentarii ac phlegmatici, seu ut
pocrates loquitur, qui partibus superioribus pituitosi
facilius inediam ferunt, non quidem acsi pituita, (
nonnulli volunt, successu temporis in sanguinem co
retur, sed quod sanguis ejusmodi pituita refertus

Hippocrates *s. 2 aph. 16*

Galenus *l. 8 meth med. c. 3*

Borellus *cent. 3. obs. 81*

lib. de diat. in ac.

ſus, ut ſupra dictum, bileſcat, ac inediæ noxas inferat. anitatis igitur ratio poſtulat, bis de die cibum capere, ui verò laboribus exercentur, ac ante auroram ſurunt, iis tertiæ quoque vices concedendæ, *jentaculum* cilicet. Sanitatis quoque intereſt *jejunium* interdum obſervare ad minimum ſemel in hebdomade. Sic enim ongeſtæ cruditates abſumuntur, & plurimorum morborum occaſiones præſcinduntur.

IV. An autem prandium vel cœna largior conveat, definiri ita in genere nequit. Prolixè quæſtionem anc tractant *Gratarolus*, *Plempius*, *Langius*, *Hoffmannus*, *Valdſmidius* & recentiſſimè Illuſtris *Bohnius*, pro cœna erò concludunt, partim quod calore nativo per ſomum magis concentrato, atque ab operibus naturalibus riante, ſpiritibusque animalibus à ſenſuum functionius non ita diſtractis reſolutisque interiora magis caant, ac digeſtiones vigeant, ex qua cauſa etiam alimenvalentiora in cœna conceduntur, partim quod temis à cœna ad prandium longitudo, plurimum quoq; conferat. Imprimis hac in parte temperamenti, borum, cultioris ævi moderni ac conſuetudinis ratio ibenda, largiorque cœna competit bilioſis. Cum enim ſomno calor intra cogatur utique bilem acriorem redret, corpus exſiccaret, viresque debilitaret, ſi cœna n præcederet, ſomnusque ventriculo vacuo iniretur, bique ac potus in ventriculo nihil exiſteret, in quæ lor ageret. E contra verò parcior cœna competit iis, i noctes habent vigiles, quibusque officii ratione viandum eſt. Somnus enim nocturnus, ſi minor ſoliſtit, exhalatio cocti perſpirabilis imminuitur, crudi verò augetur. Deinde qui catarrhis humidioribus rtiginique obnoxii ſunt, caput imbecillum habent, ac iores exiſtunt, hi enim ſi paulo liberalius cœnent le dormiunt. Etiam arthritici ac podagrici melius ſibi

l. de Liter. Valet. p. 180 *fundament. med. p.* 219 *l.* 5 *Ep.* 55 *l.* 5 *Inſt. c.* 28 *Diſput. med. p.* 181 *lib. de offic. med. p.* 396

Sanctorius *ſ. IV. aph.* 15

Hoffmannus *Diſſ. ſel. part.* 2. *p.* 72

sibi consulunt, siquidem à cœna abstinuerint. D
qui insomniis turbulentis, comitialem morbum, Hippocrates l. d. Insomn. n. ult.
saniam significantibus vexantur, paucis vesper
utantur, ita namque integram valetudinem tota
bi comparabunt. Ea verò in omnibus cœnæ ad
dium & vice versa ratio esse debet, ne prandium
ralius ac lautius, statim cœna quoque similis & q
intervallis nimis brevibus excipiat, impossibile er
quin non cruditatibus obstructionibusque via
tione sternatur. Prior enim cibus non ita de
brevitatem temporis concoquitur, & si maximè
ret, chylus tamen nimis copiosus non ita citò va
ctea trajicit, sed in via propter longiorem mora
crassescit, acescit, ac coagulatur, chylumq; prandi
cœnæ sequentis transire iterum prohibet inficitq
strantur hæc omnia Romanorum exemplo, qui
prandeant, cœnam valde sobriam quæq; septem
pondus vix excedat, instituunt, & ab esu carnium Baglivus prax. l. 1 p. 143
speri summopere abstinent, constatque experi
nisi post lautius prandium vesperi exercitatio co
instituatur, gravitates capitis, lassitudines membro
labores circa hypochondria, cruditates, mœrores i
tos ac reliqua hujus generis supervenire. Deinde
que cibis siccioribus in cœnâ utendum, carnibus
cum acetariis.

CAPUT XXIII.

De Ordine ac modo cibandi.

I.

QUamvis assumpti cibi omnes in ventriculo con
dantur, per fermentationem subigantur, ac in
lum mutentur, ratio tamen dictitat, cibos liquidi
molliores, quique facilè digeruntur, durioribus vel
stringentibus præmittere, cum digestionem illo

ent, ac descensui, ut sic loquar, viam sternant. tenue alimentum, ultimo loco assumptum, ac stagestum, interclusa à crassiori alimento descensus r nimiam moram corrumpitur, reliquumq; etiam npere, & totam coctionem vitiare valet. Ex qua e poma quoque fraga, uvæ aliique fructus crudio-verso bellariorum more post cibum sumpti mihi roficui videntur, cum ventriculum insuper ag-ut & flatus excitent. Et *butyrum* rectius primo lo-r cibos sumeretur, ut ventriculũ lubricando eun-ibis subsequentibus præparet, quo absque mole-endi queat. Ultimo enim loco, quod vulgò fit, um aliis cibis quasi supernatat, ac ventriculo mo-n est, ejus orificium laxat, ac concoctionem seu fer-tionem tollit & impedit, cujus ructus, aliquot sæ-pis post affligentes, idemque sapore referentes, simi testes. Vallesius *l.* 6 *controv. c.* 4 Tappius *Diss. de Alim.* § 53 Ridlinus *Lin. Ann.* 6 *p.* 719 Paullinius *in Misc. G. Dec.* 2 *Ann.* 7 *App. p.* 148

Num autem semper à jusculis calidis (sub quibus modernos miscellos, Galli *potage* vocant, non rehendo) prandium vel cœna inchoanda, meri-quirendum, cum & Medici interdum absque di-ine quosvis ad liquida ejusmodi adstringere vi-ur. Uti verò nonnullis imprimis iis, qui sicciore entriculo consultius est, à liquidioribꝰ ac tenuiori-hoare, ac calculosis nihil præstantius, quàm juscu-liquot pulli gallinacei, vitulinum, aut simile cali-ante cibum sumere, ita ventriculis humidioribus, ibus corpus per se valde humidum catarrhisque xium est, magis conducet cœnam imprimis, si psis competit, à solidioribus incipere; Ne dicam, iam jusculis plane non adsuetos, quosdam etiam um non absque nausea eadem assumere. A ju-pinguioribus per aliquot dies singulis matutinis pis vomitus tandem butyri liquidi aliquando in- Zecchius *Consult. med. p.* 122 Schulzius *in Misc. G. Dec.* 1 *An.* 3 *obs.* 154

 secu-

secutus. Deinde cavendum ne liquor cum quo
parantur, sit nimis generosus, ac ipsa nimiâ qu
assumantur, cum caput utrâque ratione maxi
ciatur. Interim illud in confesso manet, dige
maximè facilitari, si cibi actu calidi capiantur
qui ab igne jam aliquo modo ad concoctionem
rati sunt. Contrarium enim maximè in iis c
tur, qui vel ex paupertate vel ex necessitate, c
magnis itineribus ac expeditionibus bellicis fre
fit, frigidis contenti esse coguntur, quæ quoni
ita digeruntur ac nutriunt, eapropter quoq; qui
assuescunt, cachexia aut atrophia tandem corrip

III. Quod cibos pinguiores attinet, ii absq
copiosiori nunquam sumendi, cujus siccitate ol
sitas illorum reprimitur, viscosa humiditas abs
ac simul impeditur, ne pinguiora ejusmodi reli
sumptis in ventriculo supernatent, adeoque ve
noxia existant. Cæterum stomachum admod
lentem cibi pinguiores requirunt, cum pinguia
ne digesta facilè in bilem flavam degenerent, ch
Sponius que flatus ac tormina excitent, unde quoque b
Comment. ad æstuantibus ventriculis neutiquam concedend
Aphor. Nov. guedo enim non nisi sulphurea sanguinis pars
p. 232 aliquo blandè coagulata est, qua in ventriculo c
dum mixtura in partes compositivas resolvitur
do sui juris facto flatus oriuntur, ac à partibus
reis bilis, quæ per se tota sulphurea est, facilè au
l. 2 Med- fermentescit. An verò, quæ *Hoffmanni* mens e
offic. c. 136 in Germania à continuo pinguium esu oriatur,
cet ratione, quod bilis flava ex pinguedine re
facilè in bilem atram degeneret, inque habitum
ris translata carnem fermentet, ac fœtidam re
teriori examine adhuc indiget, præsertim cum
mnes, qui pinguioribus cibis frequenter utantur

e

nt. Præterea cibi pinguiores transpirationem in-
:m impediunt. Cibi minimè pingues & potus Boerhaavius
corpora reddunt robustissima & firmissima simul. *Nov. Liter. Germ. an. 1702*
inguedinis verò in cibis defectu ob annonæ pe- *p. 132*
m visus imbecillitas aliquando per Sueviam & Ba- Höferus
n epidemia exstitisse dicitur, ut adeo cibi debita *Hercul. Med. p. 72*
edine imbuti etiam visui conferant.

/. Ante omnia in uno eodemque prandio vel cœ-
orum varietas vitanda, cum hoc modo digestio
viter turbetur. Non intelligitur autem hic ejus-
varietas, quâ cibi qualitatum earundem & con-
nis ferè ejusdem simul sumuntur, aliàs enim &
eorsim & carnibus seorsim vescendum esset, ceu
n prisci athletæ ridiculè faciebant, sed intelligun-
bi varii generis ac dissimiles, quos seditionem ex-
, aliosque citius alios verò tardius concoqui ac
o se corrumpere *Hippocrates* eleganter pronunciat.

Simul assis *lib. de diæt. in Ac.*
Miscueris elixa, simul conchylia turdis, Horatius
Dulcia se in bilem vertent, stomachoque tumultum
enta feret pituita.

: autem & inæqualis fermentatio, crudita-
rit, acidas, viscosas, biliosas, prout quodcunque
i sui quasi sit juris, quæ sanguinem humoresque
npunt, viscera enervant, ac corporis functiones
iè turbant, unde comessationibus ejusmodi de-
erumque in florente adhuc ætate doloribus coli-
nephriticis, phthisi ac podagra conficiuntur.
or imprimis mala ob ciborum varietatem maxi-
eniunt: Nimium comeditur, minus digeritur, mi-
rspiratur ac minus nutritur. Particulæ enim di- Sanctorius
figuræ & magnitudinis ductus chyliferos inqui- *s. 3 aph. 51*
x quo dein inæqualis sanguinis mixtio oritur,
isque nutritio impeditur. Pinguia igitur cum
acribus

acribus, acida cum dulcibus, fructus horæi cu
concoctu difficilioribus, lac cum acidis aut pisci
latenus sumendum. Atque ejusmodi ciborum
tas cum in dapibus Magnatum, mensisque aul
xime occurrant, morborũ quoq; chronicorum
sexûs Aulicos præ aliis infestantium origines
Disp. p. 38 absque ratione deducit *VValdschmidius*. Esseni v
Josephus l. 2 Bell. Jud. c. 7 Judæos quondam ob simplicem victus ration
gævi extiterunt. Dixi autem varietatem ci
uno eodemque prandio vel cœna vitandam, a
ferè necessaria est, & cultior quoque modern
quirit. Simplex enim cibus semper assump
nauseam pariet, cum è contra varietas delecte
cum voluptatis quodam sensu assumitur, meli
dicam digeratur. Deinde & varietas ejusmo
pter utilis, quod partium ipsarum in corpor
L. 4 Hist med princ dub 48 existat, quæ uno ac simplici alimento non a
modè nutriri possunt, ceu pluribus hac de m
lib. de offic. med. p. 393 *Zacutum* nuper etiam Illustris *Bohnius* disputi

V. Pertinet quoque ad hoc caput modus
di, qui in eo consistit, ut assumpta in ore de
centur, nec cum quadam quasi fuga ac avidè
medantur, sic enim humor salivalis, quo ci
gestionem in ventriculo disponitur, eundem
Boerhaavius Nov. Liter. Hamb. an. 708 p. 130 netrat. Masticatione diu exercitata cibi se
ore chylum referunt, atque etiam citius seda
Qui cibus ac potus tractim sumitur, singulos
Statuta Synodalia Hil-desh. p. 39 bene masticando, dulcius sapit, nutrit meliu
ritur salubrius, inquit *D. Bernhardus* Imo Ar
verbio is animam suam odisse dicitur, qui
masticat; Ex cibo non bene masticato frusti
Ridlinus Lin. Ann. 4 p. 765 gris deglutitis ventriculi non solum ac epig
res apud quosdam observati, sed & quod frus
di avide deglutita, os ventriculi nimium

n leve animi deliquium subsecutum. Idem propter os atriculi valde sensile à cibo ferventiori deglutito fa è accidit.

.VI. In genere autem adhuc duo notanda sunt, sive alitatem ciborum, sive tempus, ordinem ac modum andi respicias, semper scilicet & ubique ad appetitũ consuetudinem, cum ratione tamen ac Judicio, respi ndum. Appetitus enim forma rerum assumenda n est, unde & cibus paulò deterior, suavior tamen lioribus ac minus suavibus semper præferendus. cum desiderio ac voluptate assumuntur, facilè quo digeruntur, cum cibos ejusmodi suaviores ex de minatione spirituum animalium, ventriculus melius plectatur, adeoque citius subigat. Deinde cibus avior fermento etiam stomachali magis gratus exi . Sine dubio enim à digestione prioris cibi reli iæ quædam in plicis stomachi hærent, quæ dein fer ntum stomachale ita afficiunt disponuntque, ut ci m haut absimilem iterum appetat, ceu sibi magis ap opriatum. Omnino autem hic inter appetitum ve m intensumque & imaginarium distinguendum, qui antasiæ ludibrio existit, inque febribus intermitten us non infrequens, ac interdum pro medicina est. uti appetitum verum in ciborum assumptione sem r sequendum arbitror, ita è contra quæ quis horret, t singulariter adversatur (idiosyncrasiam vocant) non temere sumenda aut propinanda judico, cum hæc ipsa ab insciis interdum assumantur, quamvis illo odore aut sapore se prodiderint, per vomitum men iterum rejiciantur, quin ad diuturnos vomitus aque mala gravissima non rarò disponant. Hoc in su profuerit cibum ejusmodi à minima dosi inchoa , ac sensim adscendendo eidem assuescere, cum ea ra-

Ettmullerus Op. T. 2 p. 210.
Hippocrates l. 2 aph. 38

tione quidam ipsis araneis, aliisq; rebus venenat
que noxa pro cibo usi dicantur.

Hippocrates p. 2 diæt.

VII. Consuetudinis quoque maxima vis est enim quibus assueti sunt omnes facile ferunt, natura boni interdum non sint. Ut enim ali

Valentini Dissert. Epist. p. 137

sint salubria, necesse est, optime & digerantur & buantur, quod longe facilius in illis succedet, alias vesci solemus, quia chylus exinde confect endi assiduitate vias disponit ad liquorem simile mittendnm. Majorem certè consuetudinis circ

Observ p. 512

tam vim, quam ipsius Medici existere Illustris Pe probat, eique semper accedendum & consilio ju suadet, quod mutari nequit. A senioribus cert

Bohnius de offic. p. 378

suetudo nunquam deserenda, cum magis radic iisdem sit & corpora eorum debiliora mutation plius non commode sustineant, unde & novæ difficulter assuescunt, ac mutationum ejusmodi ut plurimum graviores luunt. In consueto etiam mutato rationem latere arbitror, quod qni ad al giones veniunt in gravissimos morbos plerumq cidant, aut naturam ipsam mutatam sentiant. si tamen mutatio necessaria est, sensim ea institu & aliquantum interquiescendum, quo quantum vel noceat mutatio ejusmodi appareat.

VIII. Huc quoque proprietates naturarum qu dam pertinent, idiosyncrasiæ vulgò, secundum qua ad alios cibos bene aut male se habent, in quibus ex menta rationem superant. Omnino autem, cet eædem attendendæ.

CAPUT XXIV.

De Quantitate Ciborum.

QUantitas ciborum primo ratione subjectorum riat, in otiosis enim vitæque sedentariæ assi

mi

or sufficit, major autem conceditur laboriosis, exer- :io namque & calor internus & perspiratio insensi- ugeatur, per quam robusti ciborum plenitudinem m absumunt.

Sanctorius s 3 aph. 14

I. Dein quantitas ejusmodi variat ratione tempo- t locorum. Tempus vel est anni, vel diei. *Hyeme* comedendum, quoniam interiora tunc magis ca-

Hippocrates s. 1 aph. 15

Præterea conducit victus gravis, durus, siccus, nate vel sale acrior, ex carne assa & pane magis co- cum vini meraci potu parciori, motu verò validio- *ere* autem cum corpus humoribus crudis ac acidis nyemem coacervatis plerumque scateat, adeoque nis facilè effervescat, hic ipse optimè ciborum pau- refrœnatur, eâque intentione ad animum, ne cum nine isthoc tempore quasi luxuriet, subigendum, ad meditationes Sanctissimi Redemptionis Hu- mysterii præparandum, ab Ecclesiâ Romanâ je- m quadragesimale pisciumq; esum, ex ratione suo adductâ primitus institutum ipse quoque arbitror; dit & ad alia ratio cur verno tempore quantitas ci- m imminuenda sit, ne scilicet natura in depura- sanguinis eo tempore occupata gravetur ac im- itur; Quo tamen ver calore vel frigore imprimis dat, eo quoque diversum juxta æstiva & hyberna diarumque rerum moderamen exigit. *Æstate* au- competit victus levis, mollis, laxans, humidus, le- k jusculis, lacte fructibus oleribns atque aquæ po- pioso cum motu leniore. Autumni eadem ratio- loris frigorisve abundantis ratio est. Ad tempo- usmodi quoque epidemica morbotum constitutio net, cum morbi ex pravo tempestatum habitu gras- r, ubi tunc etiam victui aliquid detrahendum, o- que repletio in potu & cibo vitanda. Ratione lo- n majorem ciborum quantitatem exposcunt aër

Boerhaavius Nov. Liter. Germ. an 708 p. 132

Zacchias Quæst. Med. Leg. l. 5 p. 391

Listius Com. ad mor. Erasmus p. 260.

Act. Lipsiens. an. 709 p. 514

Boerhaavius Nov. Lit. l. c.

tenuior ac loca frigida; minor è contra sufficit i
calidis, & aëre crassiore.

III. Denique quantitas ciborum ratione ipsiu
triculi & assumendorum variat. Qui enim eund
gidiorem possident, cum plerumq; plus appetant
digerant rectius de quantitate ipsius detrahunt
aliquali fame mensas relinquunt, eâque ratione
cho debiliores longævi evadere possunt. E con
lidiorem ventriculum nacti plus concoquunt qu
petunt, adeoque in paulo majori quantitate cibo
mere possunt, ita tamen ne calor nativus obru
cruditates generentur, utque motionibus corpu
exerceant. Ratione ciborum autem quantitas
esse potest, cum illi facilioris coctionis, ac præter
ves palatoque grati sunt, cum è contra cibi ingrati
que præterea malam qualitatem conjunctam habe
copia ingesti, non possint non valde nocere.

Lancisius de mort. subit. p. 127

IV. Illa cibi quantitas cuique sufficiens est,
refectionis non corporis sensus sequitur, quâque
triculus ne minimum gravatur, & corpus, si dies
eadem agilitate negotiis suis vacat, ac si esset jeju
si verò noctis tempus exstiterit, æger bene
miat, somnusque non sit turbulentus, nec vigiliæ
stent. Dein cujus concoctio ritè peragitur, quod
dignoscitur, si post sex circiter ab assumpto cibo h
famis sensus iterum afficiat, ac appetitus novum
capiendi urgeat, nulla gravitas, aut circa regione
machi tensio percipiatur, sapor peregrinus in ore,
que, nec non eructationes absint, urina coloratior
reat, nec post auroram caput gravius existat. Q
tum autem sanitatis præsidium temperantia sit, vel
tes saltem suo exemplo docuit, qui eapropter omni
vitæ suæ tempora valetudine inoffensâ vixit, in
etiam pestilentiæ vastitate, quæ in bello Pelopon

Gellius l. 2. c. 1

im

s ipsam Athenienſem civitatem internecino ge-
rbi depopulata eſt.
æterum uti cibis in minori quantitate aſſum-
que fame affligente corpora evadunt languida,
eſolvuntur, meatus omnes inanes exiſtunt, ad
quin peſtem ipſam facilè ſuſcipiendam diſpo-
ta è contra nimiâ ciborum ingeſtione ſtoma-
itur nec aſſumpta debitè fermenteſcunt; Cum
li fermentum haut ſecus ac unumquodq; men-
eterminatam proportionem objecti ſui requi-
c aſſumpta quidem fermentationem ſubeunt,
imiam verò quantitatem non ſufficienter evol-
& ſpiritu aſcunt, ſed aceſcunt, unde cruditatum
rum proventus, meſenterii vaſorumque la-
infartus, vermes, viſcerum obſtructiones, fe-
ipneumoniæ, apoplexiæ, tandemq; ipſa mors.
ſtrates Septentrionales Apoplexias pleraſque
vie & comeſſationibus oriri jam dudum *Hee-*
rvavit. Adeo veritati ſemper & maximè con
anebit illud *Hippocratis*: Ex cibis ac potibus
i corpori maximè conveniant, cum quis ipſis
ortune, aut plus juſto pluribus utatur, tum
tum ex morbis mortes accedere.
Cum verò non ita accurate diæta ſemper ſervari
uin non interdum pro occaſione, aut etiam
ere, honoris ergo ut loquuntur hac in parte
, cibique nimiâ copiâ ingerantur, cruditas, vel
ntur bene, plethora inde redundans optime
c interdum quoque vomitu corrigitur. Bo-
oque tunc eſt, ſi evacuationes alvi, urinæ, ſu-
majori copia ſequenti die vel per ſe ſubſequan-
emediis culinariis procurentur. Inedia quoq;
nſtituta vitioſos humores per repetitas crudi-
geſtas ſolvit, ac ſucci alibilis diſtributionem
Obſ. rar. p. 229
lib. de diat.
Bohrius de off. p. 331

& diaphoresin facilitando universum corpus iterum vium reddit, cunctorumque excrementorum ev tionem promovet. Sæpe etiam, ceu in principio Sectionis notatum, natura cibi cujusdam boni digestionem invitata cruditatem corrigit, quam emendare non poterat.



SECTIO TERTIA DE POTU.

CAPUT I.

De Potu in genere.

I.

UTi ciborum ita & potus non minor ad val nem tuendam necessitas est, cum assump neficio ejusdem in ventriculo macerentur, vantur ac elixentur, chylus ipse per ductus (ho fractuosos & minores melius distribuatur, sangu Ridlinus *Lin. Ann.* 6 p. 784 mectetur, motus ejusdem promoveatur, & humid poris substantia, quæ indies absumitur, restauret minus recrementa salina per vias urinarias elimin

ea conservanda ac divendenda peculiares cellæ in plioribus civitatibus exstruerentur, nomen urbis h que retinentes, uti Hamburgi, Hildesii. Hordeace tem est, clara & tenuis cum quadam subtilitate p subamara dein acris & valde penetrans. B:leme get & diuretica est, unde in febribus tertianis ac l loco medicinæ esse potest. *Erfurtensis* saporis bon ventriculum nec inflat, nec gravat, bene nutrit, ac retica est, præterea in iis qui laboribus dediti sun res maximè reficit. *Eulenburgensis* in Misnia hord est, ejusdemque cum Wurzensi, quæ ipsi in vic qualitatis, eadem tamen inferior.

Mollenbrokius *tract. de Varis. p.* 190

IX. *Francofurtensis ad Oderam*, si copiosius a matur caput afficit quasi bos feriens, unde & *Boffel*

X. *Garlebiensis* vulgò *Garley*, hordeacea est mag parte & crassior ob frumentum copiosius additum. vis autem cerevisia est, salubrisq; ventriculum corr rans, flatus discutiens & peculiariter alvum laxans super & venerem excitat, facilè tamen caput petit. cidit aliquando in Academia Helmstadiensi, ut D. dericus Ulricus Dux Brunsuicensis & Lunebургens gratiam oppidi sui Helmstadiensis cerevisias peregr venum amplius haberi vetaret, quod ipsum cum & fessores & Cives Academicos malè haberet, *Henricus* *bohmius* Senior, Celeberrimus ac sine pari suo ævo ta & Historicus, nomine cerevisiæ hujus carmen cipi obtulit, quodque in omnium votis erat imp ob festivitatem autem hic legi meretur.

Meibohmius *tr. de cerevis.*

Illa ego Garlebiæ soboles spectabilis urbis
A dulci nomen cui genetrice datum est.
Heu mihi nunc viridi discedere cogor ab Elmo,
Exul & antiquos deseruisse lares:
Principis offensi jubet hoc sententia, quamvis
Me sceleris possit dicere nemo ream.

Plus satis affligor, dum coctor prodigus undæ,
Subtrahit immodicè debita farra mihi,
Accedit violens auriga, mala alite mutans,
Viles fontis aquas in geniale merum.
Tristior exilii tantis infamia damnis,
Additur & vulgi fabula fio nocens.
Parce precor miseræ, Princeps generose, nec audi
Illos invidiam qui mihi forte parant.
Non sum ignota Tibi memini me sæpe rigasse
Labra Tua & grato rore levasse sitim.
Adde quod est tellus isthæc mihi patria, cunas
Quæ dedit uxori grata alimenta Tuæ.
Hæc si defuerint, poterint tamen esse, favorem
Quæ mihi non dubium conciliare queant.
Me pariter laudant docti indoctique, nec ullus
Gratior illorum proluit aura liquor.
Si Bacchum terris negat inclementia cœli,
Esse loco vini testibus hisce queo.
Excitat in venerem tardos eruca maritos,
Ut Medicus pleno prædicat ore chorus,
Est eadem virtus in me quoque: potaque large
Efficio fortes prolificosque mares.
Hanc mihi matronæ laudem dant jure negantque
Se zytho aut posse aut velle carere meo.
Exule me sobolis tota proventus in urbe
Postmodum erit multo quam fuit ante minor.
Sentiet id Superûm clamosus in æde minister
Infantes sacro rarius amne levans.
Quid facitis, dicet, cives? ego pignora vestra
Frustra aveo sacri tingere fontis aquâ.
Semiviros video & jucundo in munere segnes
Qualis plebs olim Nertosiana fuit.
Sit procul, ô Superi, labes tam tristis ab Elmo,
Nec sterilis dici moereat iste locus.

Non gravat hæc illos infamia, qui mea large
Pocula nativo plena calore bibunt.
Noxius est tenuis labens in viscera potus,
Corporis is vires robur & omne *clepit*.
Hinc olidi ructus & flaccescentia membra,
Turgidus hinc hydrops, & luis omne genus
Consule vernanti, Princeps animose, juventæ
Nec patere ut tantis corruat illa malis.
Cedere me hinc jussâ multos discedere cernes;
Tantus amor nostri gratia tanta mihi.
Exule me vates frigentia carmina pangent,
Nequaquam damni res erit ista levis.
Plura loqui vellem, digiti mœrore vacillant,
Heu mihi si frustra fata inimica querar.
Ordo sacer procerum Tibi qui deservit in aula
Guelphide me novit non nisi vera loqui.
Ut *Gosam* laudent & pocula *Servestana*
Non tamen elogio deteriore feror.
In bonitate Tua spes una atque unica nobis
Illam hodie præstes Dux generose mihi.
Hinc Tibi surget honos, hinc crescet adorea v
Quam nulla ut lædat sors malefida, vale!

XI. *Glogoviensis* triticea est ac nutrimenti boni, *lariensis* quoque triticea, gustu primò dulcior, mo poris subacidi ac ex parte vinosi. Calefacit, alvu rinamque movet, & calculosis prodest. Phthisicis g ad expectorandum conducit. Senes ut & à m convalescentes melius ac vinum confortat. *Gustrov sis*, incolis *Knisenack*, quod Sclavico idiomate potu mini *ein Herren Bier* significat, etiam triticea fœd valdeque inebrians. Ventriculum robustum requ ut adeo calefacta non bibenda. Spiritum enim c cum generosissimis vinis Hispanicis ac Canariis p re chymia demonstrat.

Sala Hydrol. f. 4 c. 7

Hallensis in Saxonia, propter aquam sale & calpide refertam, adeoque ad coctionem cerevisiæ aptam, non adeo salubris videtur. *Hamburgensis*, quoque ac saporis grati, & simul diuretica est. usdam alvum laxat & vim purgandi obtinet. a nimiâ quantitate assumatur loco vividi colom aliàs in facie conciliat, ruborem eidem indu- *Hameleensis* hordeacea ac tenuis cerevisia est, quâ n morbis calidis vix gratior & utilior potus daque absque flatulentia & molestia stomachi ad am sitim & æstum temperandum convenientior & in pharmacopoliis quoque instar medicinæ asservanda.

Hoffmannus Diss. sel. part. 2 p. 187
Ranzovius l. de conserv. valet. c. 17
Jonstonus Syntagm.
Tappius Diss. de Alim. § 49

I. *Joachimsthalensis* diuretica est. *Islebiensis*, vulle und Todtschlag, propter aquas insalubres noxia, rva licet quantitate assumpta, valde inebriat. '. *Leodiensis* tenuior quidem sed salubris cerevivisa. *Lignizensis* in Silesia triticea est ac boni enti. *Ligtenhanensis* prope Jenam & *Lipsiensis*, astrum, cum Islebiensi convenire dicuntur. *Li-* ac *Livonica* cerevisiæ non adeo bonæ habentur, s quæ candentium silicum, aut globulorum ferexstinctione parantur, potentissime sabulum ac per vias urinarias deducant, unde & in Livonia rarissimè calculosi reperiuntur. Valent autem aterno usu maximè ad Tartaream mucilaginem dam, calculum resolvendum, & obstructiones das. *Lobsincensis* in Pomeranea triticea est ac onutrit. *Lubecensis*, inter Holsaticas præstat, fornen est & capiti imbecilliori gravior. *Lugdun-* e acidulas Piermontanas alvum laxat. *Minden-* acea est tenuisque & impense frigida, unde quom vino bibenda, præterea urinam movet, ac aiticis potum valde proficuum suppeditat. In

Hoffmannus Diss. sel. part. 2 p. 26
Jacobi Diss. de cerevis. bon. p. 13
Schelzius in Misc. G Dec. 1 Ann. 3 obs. 155
Timæus l. 8 cas. 23
Cunæus de Acid. Pierm. p. 35

hypochondriaco quodam æstuante obstructiones
ipsam egregiè solvisse observavi.

XV. *Naumburgensis* in Thuringia, hordeacea
exigui nutrimenti. Cum verò aqua ex qua c
nitro impraegnata sit, cerevisia quoque hæc al
urinam movet, unde illic locorum raræ de ne
ac arthritide querelæ. Observatum etiam ali
dysenteriam periculosissimam, singultu jam s
cerevisia hac curatam. *Jonstoni* relationem ac
revisia hac in nimia quantitate assumptâ calig
citas tandem oriantur, veritati non consentane
nunciat *Mollenbrokius*. *Neukirchensis* in Bohœ
retica est.

Horstius *part* 3 *obs. p* 329 Grulingius *tract. de Calculo p.* 44 Francus *in Misc. G Dec.* 2 *an.* 5 *obs.* 237 *de Varis. p.* 190

XVI. *Paderbornensis*, nequicquam vino d
ciendi stomachũ & conservandarũ virium vir
cedit, propter gravitatem tamen, quam ab aqu
ex qua conficitur, simul crassum sanguinem c
que generat, in quibusdam tamen egregiè diu
Plasensis in Pomerania tam propter saporis
quàm durationem magni æstimatur. Non en
acescit, sed ad annum incorrupta manet. *Po*
revisiæ triticeæ, coloris albioris gratique sapo
calefaciunt leniter ac bene nutriunt. *VVarac*
illas eminet, qua Rex uti consuevit.

Monument. Paderbornen. *Panegyr. p.* 83

XVII. *Razeburgensis*, *Rommeldeiß*, saporem
refert, ac valde inebriat, si calidè sumatur. *Re*
riensis vulgò *Duckstein*, triticea est ac diuretica,
sis, hydropicis, arthriticis ac calculosis valde
modo non ex brasio nimis tosto paretur. Ex
me attestatum Senatus istius oppidi, anno 169
sub sigillo datum, in quo asseritur, nullum unqu
larum, qui quidem ibidem nati educatique fu
lo aut podagrâ laborâsse. Quod si verò ab
dem urina in majori copia non proveniat,

: succedit. *Rhenanæ* cerevisiæ pleræque insa-
viles sunt. *Rostochiensis* clara est, coloris ru-
e saporis. Nutrit mediocriter ac sitim sedat,
tate commodè bibitur, estq; etiam diuretica.
Schneebergensis cerevisia diuretica est. *Stri-*
esia triticea & alba, saporis gratissimi est, si-
egiè exstinguit & refrigerat, unde & in seni-
nit. Præterea quoniam circa scaturigines
x quibus coquitur, terra illa sigillata concre-
quoque cerevisia hæc cardiaca est, & noxia
rde extrorsum propellit, unde quoque ad plu-
a venalis asportatur. Cruditas ejusdem in-
nonnunquam emendatur.

Torgaviensis hordeacea est saporis aromatici, Mollenbrokius *de Var.* p. 190
a, ventriculum corroborat, sanguinem bo-
tat, ac pro saluberrima habetur, quæq; omni-
siis palmam præripiat; Nec quoque alibi ex- Hoffmannus *l. s. Instit.* p. 706
est, Augustus enim Saxoniæ Elector aliquan-
Lipsiam omnia deferri jussit, & tamen man-

Vogtlandicæ cerevisiæ propter optimas aquas Hoffmannus *Diss. sel. part.* 2 p. 19
coquuntur, saluberrimæ quoque existunt, nec
n nec alvum turbant, celerrimè per urinam
ac etiam diu durant.

VVethinensis vulgò *Keuterling* parum quidem Mollenbrokius p. 190 Jacobi *Diss. de cerev.* p. 13
ob vim diureticam in scorbuto, arthritide,
hydrope prodest, modo non ita calida adhuc
rigerata, ac fecibus multis ob denegatam fer-
em ac depurationem scatens bibatur, unde
ventriculi impeditur, venter inflatur, & tor-
rantur, ita ut vino adusto ea sedare opus ha-
Vismariensis ad mare Balthicum, colore odore
gratissima est, bene nutrit, sanguinemque bo-
editat, urinam etiam movet, ac viscerum
obstru-

obstructiones tollit, ac propter virtutes suas lateque transportatur. *VVittebergensis*, incol propter aquas insalubres impura valde & flatu ac in parva licet dosi assumpta graviter inebri *linensis* vulgò *Bockhänger* fortis valde est, ac cap mè afficit. *VVurzensis* in Misnia hordeacea e grior, ventriculum corroborat, flatus discuti laxat, urinamque movet, hypochondriacis i ac calculosis proficua imo à quibusdam reliqu visiis in omnibus ferè morbis præfertur.

XXII. *Zervestana* hordeacea est saporisque Duplicis verò generis existit, altera æstiva, alt malis, hæc generosa valde est, æstivalis verò ac limpida magis sitim ac æstum egregiè temp frigeratque, nec tamen inebriat; Cum non re tur durior est, inq; hypochondriacis fluctuat, guriam parit. Cæterum qui accuratè de quapiam judicare intendit, progrediatur juxt dum ab accuratissimo *Olhasio*, Medico quonda scano, super cerevisia Colbergensi *Timæo* à G propositam.

CAPUT V.

De Vino in genere.

I.

I. Tim. V. VInum potus omnes præstantiâ ac nobilitat
Bartholinus tempestivè quidem & moderatè sumptum
de morb. Bibl. coctionem enim in ventriculo vel *Divi Pauli*
p. 95 Thonnerus nio, maximè promovet, alimenta intimius m
observ. p. 105 tusque discutit. Spiritus vitales animalesq; exci
Bohnius *de* pusillanimes melancholicosque confortat, senu
Offic. Medic. morosam anxietatem lenit, ac somnum iisdem
p. 399 Casaubonus liat. Præterea eruditis meditationes sublimi
d. Enthus. dit, spiritusque exaltat, eaq; ratione poëtas, effi
p. 139 antiqui disquirebant

Nulla placere diu, nec vivere carmina possunt, Horatius *l. 1 Ep. 19*
Quæ scribuntur aquæ potoribus.

...super medicinæ loco quibusdam in morbis existit, Hoffmannus *Exercit. de* ...mque & diuretica vi pollet, renumque & mesenterii *Acid. & vi-* ...pilationes reserat, optimumque hypochondriaci mali *scid. c. 8. & Diss. sel. part.* ...o pestis ipsius, ne dicam morborum omnium præ- *2 p. 139* ...rvarivum est; Si enim origo eorundem à circulo san- Dimerbrokius *l. 2 peste* ...inis debiliori dependet, utpote quo debita superflua- *p. 188* ...m ac impurarum sordium eliminatio minùs rectè suc-...dit, certe non facilè ab alio quopiam rectius reme-...um expectaveris, quàm vino, ceu quo vix hausto pul-...s validior & citatior evadit, ac sanguis à centro ad ...cumferentiam movetur, vasa redduntur turgida, fa-...s rubicunda, transpiratio augetur, urina pellitur, a-...musque ipse excitatur & reficitur, verbo circulus ...guinis restauratur, intenditur, augetur. Nec solùm ...cavet morbos, sed & plerisq; medetur, ceu hydropes, Ridlinus *Mellen. p. 69* ...resq; ejusdem præsertim diuretici usu methodice præ-...ripto interdum curantur. Parturientes etiam solatur, ...vel solùm subin exhibeatur, vel cum succino prius ...ctum propinetur, adeo ut *VValdsmidius* in difficiliori *Diss. p. 58* ...rtu vix præstantius dari posse remedium asserat.

II. Uti verò rerum omnium ita quoque vini usus ...ntempestivus ac immoderatus fuerit, non absque ...xa est. Cum enim insigni calefaciendi ac siccandi ...polleat, igneæque naturæ sit, ceu præter spiritum ca-...dissimum, chymicâ arte ex eodem paratum, effectus ...dem in vulneribus ulceribusq; exsiccantes id evin-...nt, ebullitionem in sanguine facilè excitat, unde ar-...riæ solito magis pulsant, cerebrum comprimunt, & ...avitas capitis subsequitur, turbataque ratio. Dein-... calorem auget febresque in sanguineis præsertim ac Ridlinus ...liosis accendit, inflammationes interiorum in cerebro *Lin. Ann. 4* ...ximè, pleura, pulmonibus & hepate nec non oculis *p. 556. 559*

Dimerbrokius *Histor. pract. p.* 827
Bidlous *Exerc. Anat. Chir. Dec.* 1 *p.* 34
Horstius *de studios. san. p.* 192
Ettmullerus *T.* 1 *op. p.* 586
Gratarolus *de Valet. Liter. p.* 145
Riolinus *Ltn. Ann.* 3 *p.* 324
De mort. subit. p 140
Piso *de Colluv. seros. p.* 294
Ettmullerus *Coll. Pract. T.* 2 *p.* 678
Dimerbrok. *Obs.* 68
Conringius *de Hab. Corp. Germ. p.* 97
Dimerbrok. *Anat. p.* 512

excitat, atque in his æstate præsertim, phlyctæn
satur. Quo etiam vinum generosius, eo magis
debilitat, caput scilicet replendo, quâ de causa
potores aquæ, acutius aliis videre dicuntur.
etiam ulcerosos cum tumore ac rubore reddit,
imprimis. Acore suo, quem facilè præ ali p
ducit, nervos ferit, tremores, convulsiones, &
cturas inducit, jejunoque stomacho sumptum a
plexiam senes imprimis disponit. Præterea epil
nocet, præsertim idiopathice laborantibus, und
nentiam à vino magnum ejusdem remedium v
lustris *Lancisius*. Imprimis verò duos affectus
tur arthritidem & calculum. Illam quidem eo
quo jejuno magis stomacho assumitur. Calculo
occasionem vina suppeditant, seu renum intemp
inducendo, seu acore suo alcali urinarium coagul
Utrisque certè & arthriticis & calculosis vinum
existere, exempla eorum probant, qui abstinenti
no à dictis malis planè liberi evaserunt. Quantu
tem valeat ad cohibendum corporis incrementum
tidianus vini primis ætatis annis usus ex eo patet,
in Germania post introductam vini consuetudinem
stina incolarum statura sensim diminuta fuerit, ali
rò è contra damnato per religionem (si nomen
meretur) vino, ut in Asia, prisca corporum bre
nova altitudine emendata sit. Quid quod in Vin
regionibus lætius adolescant aquæ potores, qui
num tenue aquosumque bibunt. Causa verò in
partim calorem ventriculi paulatim dissipante, pa
ossa citius indurescente calore latere videtur; Cu
enim universi corporis vires simul minuuntur,
autem viribus detrahit, illud quoque staturam co
ris sufflaminare necesse est. Ossa verò calore ni
tius indurescere ut extendi ulterius nequeant, pa

cu

exemplo catellorum, quibus ne in majorem magnitudinem excrescant, adhuc junioribus quàm citissimè fieri potest, lac humidaque alimenta subtrahunt, ac subin cum cochleari aliquantulum vini vel spiritum vini per os infundunt, aut corpus spiritu vini frequenter forinsecus madefaciunt, ut fibræ evadant rigidiores, & ulteriori incremento impares. Quin quod amplius est, qui vino largius indulgent, minus longævi sunt, uti è contra integras gentes macrobias reddidit, aquæ potus & frugi victus; Ut adeo calci vivæ non incommode comparetur, quæ stirpibus ac arboribus continuò affusa, efficit quidem ut fructus præcoces ferant, sed eas simul ad intempestivam duritiem properanter ducat. Haut dispar & veneris ratio est, quæ quoque à nimio vini usu valde enervatur, unde vinosi stupidi sunt, frigidi & humidi ac ad concubitum inepti; Si verò generant, liberi plerumque stupidi ac degeneres evadunt, quod in familiis generosis non infrequens est.

Salmasius *de Ann. Climat. p. 719*

Bergerus *Nov. Liter. Germ. ann. 708 p. 377*

III. Bona vina probantur ætate, odore, sapore, nitore, colore

Schol. Salern. *cap. 10*

Si bona vina cupis quinque hæc laudantur in illis,
Fortia, formosa, fragrantia, frigida, frisca.

IV. Odore scilicet vinum debet esse fragranti, grato, jucundo, instarque aromatis suaveolente, & spiritus collapsasque vires balsami instar reficiente. Quod enim nullum odorem habet, ceu alba ut & nigra pleraque, spirituosum etiam non est, eaquepropter nullarum virium, unde quoque vina ejusmodi à ventriculo non ita appetuntur ac digeruntur. Quod si verò alienum odorem vinum obtineat, seu loci nativi fœtidi ac paludosi vitio, seu ob corruptionem, seu dolii vel conditur æ culpa, ejusmodi vinum magis noxium est. Distinguendus autem maximè odor naturalis vini ab artificiali, qua- gratum dolia picata & resinata conciliant. Quædam

dam etiam vina peculiari odore gaudent, ut Th
Sachsius Ampel. p. 397. ma fragrantia referunt, Corsica, æmulantur oc
donia, Tempsensia in Calabria violas luteas, Mc
in Latio violas purpureas, Ticinensia ex uva
pineoli fructus. Fœtido vasi vulgò salem vel car
los infundunt.

V. *Sapor* in vinis requiritur, ut avidè à ve
expetantur & cum voluptate assumantur.

VI. *Nitor* verò & *color*, ut splendeant qua
Hoffmannus Diss. sel. part. 2. p. 91 id quod spirituum subtilitatem arguit. Talia
gius pota, levitatem, vigorem, agilitatem in cor
linquunt, quod boni vini signum est. Fortia v
pus insigniter calefaciunt, & spirituũ copiam
tant, ex eoque *generosa* judicantur, quo verò vi
spirituosius, eo fragrantius quoque. *Frisci* vox
tem denotat, quando scilicet vinum in effusione
efficit, aut transfusione ex uno vase in alterum
los vel corpuscula quædam minutissima sursu
sumque mota repræsentat. Talia enim vina
fermentationem passa fuerunt, unde textu
stunt rarioris, atque aëris se insinuantis copia
globulosque patiuntur. Hoc enim nisi fuerit,
vel erit *pendulum*, & multo magis tale si penit
atque atomis ejusmodi destituatur; Vel vinum
lutum magis, præsertim si spumam simul habe
magnis bullis ad scyphi latus diu hærentibus.
enim vini spuma in medio tantum tenuis & fac
nescens esse debet.

VII. Juxta has autem proprietates vina in
consideranda, suntque ratione ætatis alia *Nova*, q
ciora quidem sunt, sed tamen simul magis cruda
crementitia, Tartaroque quem ebullitionis efficac
tim deorsum ad fecum colluviem, partim etiam
tera doliorum sensim separat, abundantia; Flatu
ge

erant, alvum movent, tenesmum inducunt, ac etiam es infarcientia, urinam supprimunt. Præterea ca- replent, sensus obtundunt, ac somnia turbulenta pa- nt. Nephriticis verò ac scorbuticis in specie noxia stunt. Sunt inter hæc *horna* seu unius anni, quæ quo- nmodo musti naturam retinent, nec omnimodam mentationem exuerunt, minus tamen incommodi iunt.

Ridlinus *Lin. Ann. 6 p. 478* Hildanus *Cent. 4 obs. 72*

VIII. Alia *vetusta*, quæ magis calefaciunt, nimis cant, nihil alunt, quin potius corpus ad colliquatio- disponunt, & præsertim symptomata supra enume- a excitant. Apud veteres *Opimiana* ex hac ratione ebria erant, utpote ad ducentos annos durantia. In socomio oppidano Argentoratensi asservabantur o tempore vina, ducentorum ferè annorum, subti- imo vini spiritui simillima, quorum ut & aliorum ustiorum quoque meminit *Sachsius*. Quod si tamen a ejusmodi vetera corrumpantur & crassescant, na- e humanæ inimicissima evadunt. Commodissimè tum bibuntur, quæ sunt mediæ ætatis.

Velleius Paterculo *l. 2 c. 7* Plinius *l. 14 c. 4 & 14*

Ampel. p. 417

IX. Ratione coloris vina alia sunt *Alba*, quæ minus ida sunt, & si simul tenuioris consistentiæ existunt, aquositatem declinant. Commendantur vulgò in adio. Hispanica tamen canariensia huc non perti- t. Quod autem supra de conciliato odore monui, m quoque hic valet, & probe color naturalis vini ab ficiali dignoscendus. Solent enim Oenopolæ vinis s satis effervescentibus lac vel simplex vel cum Ich- ocolla aut amylo decoctum in doliis affundere, eo- e colorem limpidum restituere, cujus ratio in sulphu- exaltati secretione hoc modo procurata ponitur. Ad ditatem deducuntur vina exsiccato petroselino, ad initatem santalo aut croco, ad *rubedinem* Tinctura granis chermes & radice Anchusæ aut Lapathi, vel que floribus cyani siccatis injectis. X.

Willisius *de ferm. c. 7*

Sachsius *Ampelogr. p. 396*

X. Vina *nigra* consistentiæ crassioris sunt, sa nemque crassum & obstructiones generant, ac sim put afficiunt, unde hypochondriacis, mesenterii tisque obstructione laborantibus non conveniunt primis si vetusta simul sint, & ex hac quoq; causa cra

XI. *Rubra* sanguinem bonum suppeditant, quo tamen simul adstringunt, facilè quoq; obstruction riunt, præsertim si simul crassa. Discutiendi eti pollent & sudorem eliciunt. Rectius in cœna sum quod si verò in eadem mensa simul propinentur, rubro semper præmittendum, quoniam illud pro ad meatus urinarios dilabitur. *Helvola* media ter alba & russa, seu ex Russo pallentia, qualia ca valde delicata, nec adeo calefaciunt, nec capiti n

Lemmius Occ. p. 346

XII. *Flava*, quæque ignei quasi coloris omnium calidissima habentur, ceu illis fulva quoque calidiora aliis sunt, & simul optim stunt, si substantiæ tenuitas accedat, tunc enim re dis viribus aptissima, qualia Rhenana, unde vin vum ac vetus jam à *Galeno* omnibus syncope commendatur. Quo autem vinum unumquod loratius eo quidem magis nutrit, sed si diutius sanguis inde fit piceus ac melancholicus.

L. 3 de Med. facult.

Hoffmannus Instit. p. 704

XIII. Ratione saporis alia sunt dulcia, alia aquea, austera, acerba, quædam quoque saporis s In *dulcibus*, quæ quidem natura sua talia sunt copiosum ac pinguius alcali acor non ita per quamvis eodem non omni spoliata existant. E autem dulcia, quando aquosa uvæ humiditas turnioribus Solis radiis vel igne maxima ex par ras exhalat, quod in Italicis, Creticis, ac Toc sit, unde partium remanentium ulterior con cumq; humidi defectu sufficienter fermentari ne salia quoque repressa manent, nec Tartaro ita ab

Sponius com. ad Aph. Nov. p. 254

egiè verò vina ejusmodi nutriunt, utpote visceri-
gratissima, fauciumque & gutturis asperitatem le-
tia, & pulmonibus proficua. Nec minus & acri- Zimmermannus
niam acidam egregiè temperant, quod imprimis dè med. for cent
ibus generosis, Malvatico & Alicantico observa- 3 cas. 1
In constitutionib9 tamen epidemiis malignis ac tem- Dimerbrok.
pestis imprimis fugienda. Si dulcia adhuc l. 1 de peste
is recentia adeoque crassa simul sunt flatulentias pa- p. 181
t, ac diutius in ventre morantur, viscera infarciunt
ructiones hypochondriorum augent, acsi generosa
sunt sanguinem multâ bile impraegnant, ac im- Piso de Sero
erato usu ad acutas & lentas febres calculosque re- p. 294
ac vesicae bilariae disponunt. Pituitosa eadem pro- Hoffmannus Diss. sel. part.
ciavit *Hippocrates*, fortè quoniam interdum caput 2 p. 155
unt, quod ille quondam pituitae fontem vocabat. l. de Affect.
tamen per se caput tentant aut nervos feriunt, ut-
non nimis calida, nec acida. Quodsi verò dulcia
tenuia simul sint, humectant magis, alvumque &
am movent. Per vetustatem autem dulcia eva-
acria & calidiora; Caeterum dulcia vina sunt Ca-
ense, Toccaviense, Frontigniaca, ut & ex Rhena-
suffocata, *die stummen VVeine*, quoniam qui iisdem se
rgitant, somnolenti & ad tempus muti evadunt.
per musta vocat *VVillisius*. Existunt autem & haec l. de ferm.
per prohibitam fermentationem, quando scilicet c. 7
tum dolio semipleno includitur, & hoc ne ab aëre
in actum deducantur, vel firmissimè obturatur, vel
terra defoditur; Post assumptionem tamen illorum
hactenus conclusa in ventriculo solvuntur, liberius
escunt, ac cerebrum simul afficiunt, hinc somno-
& aphonia. Pertinet quoque ad dulcia *vinum* Lindanus
vicum, quod nullatenus *lora* erat, ceu quidem JCti Select. Sect. X
multi opinantur, sed ex uva in autumno suspensa de- § 156
bant, non verò pedum calcatione aut torculari pa- Cassiodorus l. 12 Variar. p. 282
raba-

rabatur, uti reliqua vina. Erat scilicet merum
regium & sapore præcipuum cum ineffabili dulc
ac suavitate densum ac pingue, ita ut aut carne
quorem, aut edibilem potionem diceres. Vina
tem dulcorantur etiam austeriora, additione fac
syrupi malazzi dicti, etiam immissione pomi citri
ryophyllis undique transfixi, in cadum, ita ut vi
natet, nec ex madore putrescat. De aliis per fu
nem dulcibus seu lithargyriatis infra agitur.

XIV. Vina *acida* Tartaro soluto adhuc abun
Tartarus quidem vinis omnibus, Germanicis
Dimerbrok. Obs. 68 magis inest, quod in plurimis Germaniæ locis
ipsum, in quo vites crescunt, tartaro ejusmodi s
tro refertum sit, nulla autem planta existat, quæ
salsum ac Tartareum terræ inest magis alliciat,
vitis. Continent vina tartarum seu acidum d
modo, subtilius scilicet & crassius, illud massæ sa
neæ penitius insinuatur, hoc non rarò in primis v
paratur & ad alvum demittitur, & plerumque acid
stunt vina autumno nebuloso nimboso ac frigido,
uvis eapropter non maturescentibus. In genere
vina acida difficilius digeruntur, cruditates flat
pariunt, eaque ex ratione in hypochondriacis sy
mata quoque exacerbant, simul tamen refrigerant
tenuant. Illud quidem quoniam bilis alcali ab
vini infringitur, extenuant verò, quia acida nut
inepta existunt; Plura symptomata supra enum
quibus ratione Tartari crassioris, si eodem adhuc
dant vina, addendum, eundem non rarò rugis
culi ita imprimi, ut non tantùm soda & vomitus
Pechlinus observ. p. 278 nui subsequantur, sed & superficies interior
culi ac intestinorum crusta quadam Tartarea pl
Ridlinus Lin. Anr. 3 p. 182 ducatur, portenti instar. Cæterum vina ejusmod
ac austera saccharo admixto non solùm suavior

entriculo magis convenientia redduntur, ut etiam tormina amplius non inferant.

XV. *Aquosa* vina, sive naturaliter talia, sive aqua dilta insipida sunt, ac valde imbecillia, & præterea imrimis si magna copia & affatim hauriantur, fibras venliculi relaxant, unde hic coctioni minus aptus reddis multos flatus producit, & corpus humiditate repler. Febricitantibus tamen, ad sitim sedandam vinis jusmodi, Illustri *Hoffmanno* judice, nil præstantius, quod onstrictas faucium glandulas ductusque salivales, meus quàm aqua pura reserent. Etiam quibus capitis olores ab humoribus in ventriculo stabulantibus exiunt, commoda sunt. Pertinent quoque huc vina opelia Romanorum, quæ operariis, familiæ, fœminis ac ralibus dabantur, alii *Loram* vocant, & parabantur, uando musto ex acinis expresso, super solida uvarum torculari expressarum retrimenta aqua affundebar & macerabatur, aut invicem ebullierint. Magna verò oræ hujus differentia erat pro affusione aquæ & ipsoum vinaceorum statu succulento vel fortiori vel debiri, inque morbis loco vini exhibebatur. In Italia cantur hodie vina *Acquata* & *Raspata*. *Diss. sel. part. 2 p. 152* *Plinius l. 14 c. 10* *Meibohmius de cerev. c. 10 § 40* *Sachsius Ampelogr. p. 150*

XVI. Vinum verò aqua diluere sanitatis ut & aëris idioris ratio interdum postulat. *Dilutum* vocant, ale erat omne Græcorum vinum, sed aliâ ratione paratum. Illi enim affundebant musto aquam, ac unà efvescere sinebant, non autem in mensa faciebant. Hic mò observanda naturarum quarundam proprietas, ut melius habent, si vinum merum superpota aqua mant, quam dilutum. Deinde quo generosius est num eo plus aquæ admixtionem ferre, quo verò delius eo minus. Nullatenus verò id inter edendum endum, siquidem diluta ejusmodi vina ex se rugi flatusq; excitant & caput tentant. Quo casu pomi *Hoffmannus l. 5 Inst. p. 702* *Sachsius Ampel. p. 572*

citrini frusta saccharo consperfa præstant, cum stus commode ita temperetur, & appetitus sin servetur. Denique quibus ventriculus per se lis diluto abstineant, cum meraco appetitus in citetur, & cruditates siccentur. Pueri tamen & studiosi diluta bibant, è contra verò senes, q

Hildanus cent. 6 obs. 28

ercent, meracius, quamvis iisdem pro diluen decoctio commendetur, ex aquæ fontanæ men & femis, sacchari unciis duabus per horæ qua coctis, dein cantharo infusis adjecta cinnam uncia femis, quæ ne hujus virtus evaporet, in ro operculo ac linteo occluso, sponte sua sensi gescat. Etiam regionis & cœli status tempori ratio habenda, in calore enim dilutius, frigore v racius convenit, quamvis fortè alii contrariu rint. Singularis vinum aquâ diluendi modus

Bohnius de Offic. p. 399

cyathus primò æqualis amplitudinis vino re huicque vitrum angusti orificii aqua plenum i tur, ita ut orificium hujus fundum latioris vi attingat, sic enim aqua sensim destillabit in vi hujus iterum substantia subtilior, seu spiritus p

Bauhinus Histor. plant. l. 1 p. 57

dium aquæ in vitrum superimpositum ascen parti aquæ levissimæ commiscentur. Ad vin Oenopolarum fraude dilutum dignoscendum co datur sequens experimentum, pyrum scilicet ponatur, si supernataverit merum est vinum, fundum petierit, aqua mixtum est. Vulgo vin

Höferus Hercul. p. 55
Bayerus Nov. Liter. Hamb. an. 1708. p. 190

modi quoque poculo ex hederæ arboreæ lign dunt, tunc enim aqua in poculo manet, vin per poros vasis exsudare dicitur, quæ tamen, menta non semper succedunt. Cæterum ob

Weberus Nov. Liter. Hamb. ann. 708 p. 434

ejusmodi vinorũ adulterationem *Cantharus*, camp dam Atheniensis, qui proverbio locum dedit, *stultitiæ*, capite plexus. Fridericus I. Imper. taber

inum lymphatum pro puro vendere sub pœna libræ
iri primâ vice prohibuit, alterâ amissionis manus, ter-
â vice furcæ.

XVII. Vina nive aut glacie in scrobibus subterra-
:is reconditis *refrigerata*, quamvis forte in locis cali-
oribus Italia & Sicilia absque noxa sumantur, adeo
etiam post usum vinorum ejusmodi febres pestilen-
s rariùs in iisdem grassentur, hoc tamen nostro Se-
ëntrionali climate citra sanitatis dispendium nunquam
buntur. Præterquam enim quod ex potu ejusmodi
ve intensius refrigerato uvula sæpe procidat, ventri-
li quoque & intestinorum fibræ non solùm vino ejus-
odi laxantur, sed & lienteria alvique fluxus superve-
unt. In aliis cruditates acidæ ac pituitosæ in ventricu-
inde ita coacervantur, ut hic non solùm distendatur,
cibus ac potus in eodem fluctuent, sed cardialgiam
:iatur, ac motu quasi quodam interdum stringatur,
n respiratione difficili propter fibrarum ventriculi
rugationes, eructationes ipsas, ne dicam ciborum
nsitum intercludentes. Etiam pulmonum inflam-
tionibus ac peripneumoniis gravissimis corripiun
glaciei potores ejusmodi. In mari aliquando ad vi-
m refrigerandum illud lagenis stanneis exceptum de
le longissimo in maris profundum demissum est, quo
nen modo non solùm minimè frigefactum fuit, ve-
n & saporem tam nauseosum acquisivit vinum, ut ne-
ibibere potuerit, sine dubio ob particularum qua-
idam salinarum admixtionem, contra quas forte la-
a ita muniri non potuit.

Bartholinus *l. de Niv. usu* p. 86. 144. 200

Langius *l. 1 Ep.* 31

Schenkius *l. 7 Obs.* 11

Zitmannus *med. for. cent. 4 cas.* 98

Schraderus *Exerc. V. ad Aphor. Hipp.* § 24

Ridlinus *Mill. p.* 90

XVIII. Vinum calefactum haut multum conducere
rique censent, quod, dum calefit spirituosæ partes
parum imminuantur, quibus deperditis vinum fa-
mè acescat, & ad spiritus augendos parum confe-
unde & in iis, qui tale vinum frequenter biberunt,
s indies defecisse observatum est. XIX.

Ridlinus *Lin. Anni. 4 p.* 155

XIX. Vina *austera* plurimum Tartari ac te-
Sponius com. ad Aph. Nov. s. 4 § 35 tinent, parum verò spiritus ac aquæ, unde qu-
bilioris caloris sunt, non ita facilè permeant,
tius in ventre morantur ac obstruunt, ideoqu-
tris fluxionibus tantùm conveniunt. Interim
nium pervenerunt calefaciunt, stomachum
rant, nec difficulter distribuuntur. Quoniam v
lam admodum in sanguine fermentationem e
nec humiditate abundant, hinc quoque nec u
spuris materiam uberem præbent, aut per has
vent. Pertinent ad hanc classem vina Th
& Franconica.

XX. Vina *acerba* crassioris adhuc substan-
& magis adstringunt, quàm austera, tardissim-
buuntur, excretiones morantur, pectoriq; summ
existunt. De saporibus vinorum specificis
Ampel. p. 406 agit *Sachsius*.

XXI. Ratione consistentiæ vina alia sunt
alia crassa. *Tenuia*, quo & aquosa pertinent,
citius reficiunt ac facilius penetrant, urinam su-
que movent, minus tamen nutriunt. *Crassa* qu-
dulcia, rubra, nigra diutius hærent, & melius n-
simul tamen obstruunt. Vina turbida clariora
l 18 Histor. plant. p. 536 tur infusione sacchari & aluminis modo à
proposito.

CAPUT VI.
De Vinis particularibus.

I.

l 14 c. 11 JAm *Plinii* ævo vina nobilia in orbe ultra oc-
numerabantur, nunc verò & loca magis excul-
& orbis multis partibus notior est nobis quàm
Idol. l. 5 c. 15 nis, ut adeo vinorum numerus in immensum
verit. De antiquis paulum egit *Vossius*. Moder-
pios

ſiſſimè ac diligentiſſimè exſecutus eſt *Sachſius* Noſter Ampelographia, planeque abſolvit, cujus proin ju- ium ſequar, non neglectis tamen quæ ab aliis Auto- us ſubin adferuntur. Sunt verò Inſulana, Italica, panica, Gallicana, Germanica, Hungarica.

II. INSULANA, & quidem *Chia* ſeu *Arviſia* à pro- ntorio in Inſula Chia, Arviſio dicto. *Cretica* quæ in ie *Malvatica* audiunt, quod circa pagum Malvaſia ſcant; Sunt autem coloris ex aureo nigri, ac dulcia, ote ex ſelectiſſimis uvis ultra maturitatis terminum ite relictis, ac per ſaccum colatis parata, aſſervan- in tubulis eoque præſtantiora ſunt, quo longinquius ortantur. Conveniunt imprimis cachecticis ac hy- picis, qui ſolo hujus vini uſu interdum curantur; nda autem cholericis, quia bilem non ſolùm adau- t, ſed & in calculos condenſant, ut & in obſtructionib9 is ac hypochondriaca affectione. Adulterantur in gio ex vino & ſapa utriſque Hiſpanicis certâ propor- e commixtis. Non rarò etiam hydromel vetu- n pro eodem venditur. *Malvaſia de Napoli*, ab In- in Archipelago, quæ Napoli di Malvaſia audit, no- habet, & ex uvis digitali longitudine vinum dat ım & rubrum, Cretico non inferius

Bartholinus *cent.* 3 *Ep.* 86

Horſtius *l. d.* *ſtudioſ. ſan.* *p.* 98

III. ITALICA vina dulcia pleraque ſunt ac gene- , tam propter ſoli ſulphurei naturam, quàm d ex uvis maturis in aëre paulum jam ſiccatis ea eparent, vel quoque muſta recentia leni igne inſpiſ- t, ac tum demum fermentationi exponant. Talia rò ſunt *Albamattum*, quod ad lacum Benacum creſcit, um eſt ac aurei coloris, ſuave ſed quod potores ſto- s reddat. *Albanum* ad Albam civitatem naſcens, al- n & rubrum jam ab *Horatii* ac *Juvenalis* tempore fa- ſum eſt Præfertur vinis omnibus circa Romam ur- , ſaniſque ac ægris proſi uum cenſetur, ceu ſto-

Hoffmannus *Diſſ. ſel. part.* 2 *p.* 82

 macho

macho gratum, urinamque & transpirationem
cans, nec capiti noxium. Sunt partim alba par
bra, vitro infusa alba imprimis, aureis bullulis
rituum, quos continent, tenuitatem exsultant.
prope Portum Veneris crescit & tanquam nobili
ad quintam essentiam vini conficiendam reliqui
busdam præfertur. *Amineum* ad montem Pausi
II Georg. 97 in Campania, *Virgilii* ævo jam celebre. Colori
rei, odoratum suave cum austeritate quadam
mum. *Apianum* inter optima numeratur & m
Ferri *de podapr. Tract.* 3 *p.* 342 lum est. *Aquadianum*, ab Aquadiæ oppido, pr
ris saluberrimum ac generosissimum habetur, i
urbem illam incolentes rarissime ægrotant, &
vam admodum ætatem agunt, adeo ut ibi quin
Hoffmanuus *Diss. sel. part.* 2 *p.* 83. 83 simum ac centesimum attingant annum repe
quam plurimi. *Asciniti* sunt vina austeriuscula
Septentrionalibus ex crudo musto parata, quib
te ferventissima ac morbis calidioribus utuntur
IV. *Bassanica* prope radices Alpium, ad Ba
oppidum styptica sunt, urinam remorantur
struunt. *Boccasia* in Sicilia ad Drepanum nascun
na sunt fulva ac generosa. *Bolzanum* sive de mo
zano rubrum ac Romæ celebre, quo quotannis
copia ex urbe ejus nominis transfertur. *Bru*
sunt nigella in Pedemontii montibus provenien
busta valde, capiti tamen noxia & stomacho gr
V. *Cantanense*, Siculum est, & jam ab antiquit
inter generosissima celebratum. *Cerasium* in C
provenit, à rubore cerasiolo dictum, odoratum
est. *Cesenaticum*, ad littus maris Adriatici in U
nascitur, Venetiisque in summo pretio est, & c
rello vigore contendit. Quod tamen virgineu
topon audit, lene album ac sapore odoreque om
te sincerum existit. *Clarellum* in Cerillensi. C

provenit, & Rex vinorum dicitur. Aurei colo-
t ac saporis gratissimi, valde nutrit & fen-
gerat. *Corsica* vina ex Insula, fortia valde & sin-
s saporis, quem pilosum vocant, fortè à Therma-
opia.

. *Falernum*, à collibus Campaniæ ejus nominis sic *Lib. 1 Od. 20*
n, jam ab *Horatii*, *Virgiliiq*, ævo vinum nobile est.
m cum Amineo de quo supra, pro uno eodemq;
t, cum tamen *Virgilius*, Falernis Aminea subjun- *l. 2 Georg. 96*
Inter Italica verò vina adhuc ante centum & quod
rit annos principem locum obtinuit. *Falsamicum* Ferri *de Podagr. Tract. 3 p. 41*
bria ad oppidum Paula, saporis gratissimi sed par-
endum. *Ferrariense* quod superiori ævo plus re- Hoffmannus *l. 5 Inst. p. 701*
abat ipsa aqua. *Fistignianum* in Campania, colo-
re nigro mensis Vice-Regum Neapolitanorum
it. *Formiana* à Formio Campaniæ oppido, *Hora-* *lib. 1 Od. 20*
o vina erant gratissima ac Falernis æqualia.

II. *Gandolfinum*, à castello S. Gandolfi in Umbria,
s summorum Pontificum secessibus famoso, apud
s Nobile audit. *Gattum* in Ducatu Mediolanensi
n est flavum ac sincerum facilè tamen caput ten-
Græcum de Somma Napoli, è Campania venit, co-
urei, substantiæ tenuis, validum statim ad meatus
rios penetrans & maximè nutriens, si tamen im-
cè bibatur hepar & renes inflammat, & caput pe-
dagricis verò maxime infensum est. Transve-
e per mare & fluctuum jactatione mitescit, unde
ue Romæ vina hæc meliora ac suaviora sunt. Ab
polis valde adulterātur. *Græcum Ischiæ* è vicina Nea-
Insula, estque vel dulce album, gratissimum ceu spi-
m tenuiorum, vel album subadstringens Sorbigni
lore vermiculum etiam gratum. *Græcum de Torre*
ecum de Nola, vina sunt invalidiora. *Græcum anti-*
m est hodiernum muscatellum, ex uva Apiana.

Gria-

Grianeum inter vina ad Lacum Larium in Insubria
berrimum. *Groppellinum* ex agro Brixiano à speci
sic dictum, colore saturato, Albano uon inferius.
ta Ferrata sunt vina alba flava rubra, quæ aureo
grato odore & sapore clarellis non inferiora.

VIII. *Helvium* in Picenis à colore sic dictum.
Camerinum præcipuè vina alba, rutila & quædan
bulana aureo nitore generosa.

IX. *Lacryma Christi* in Campania nascitur, infra
vium versus Surrentum, Salernum & Amalfitan
strictum. Stillat instar lacrymæ ex uvis nigris,
antequam calcentur. Colore est vermiculo rub
poris subacris, ac quodammodo dulcis odoriferu
pter tenuitatem ad vias urinarias facilè secedit,
Ridlinus Mullen. p. 69 capiti nec stomacho nocet, ac certâ quantitate
hydropicis prodest. *Lucensia* vina non unius
sunt. Alba tenuia magis oligophora & febricit
idonea existunt. Quædam fauces coarctant, ve
que adstringunt. *Lumellina* vina in vicinia Par
sunt vel rubra & cœrulea, quæ egregiè corrobor
capiti infesta sunt. Alba seu vernacula saltem v
buntur, æstate autem aqua diluenda. Durant in
nium aucta potius quàm imminutâ bonitate.

X. *Mangiaguerra*, ad Vesuvii valles, est vel cra
quod in specie *Verracia* audit, colorisque nigerri
stit, gravi admodum saporis, nec caput tentans
cho tamen grave ac in hypochondriis fluctuans
quod difficulter digeratur, ac distribuitur. Ve
nuius, quod nomen *Mangiaguerra* retinet, & cle
est, ex cujus vinaceis fiunt *Acquetta*. *Marzemi*
num inter Vicentina nobilissimum, ac podagri
cæteris innoxium. *Montebrianza* in Insubria g
valde ac scintillanti rubore, saporis verò suavi
crymam ferè superante. *Monteranum* in territo

cio est vel coloris albicantis aurei, saporisque subdul- ac ferè sine pari. Vel rubri, instar rubini, odore vio- eo, quodque dum miscetur in scyphnm lacrymas bi- tibus excitat. *Montefiasconense*, ad Faliscum montem scatellum & suavissimum est, paraturque ex uva Apia- rubrum quidem ex uvis parum passis, album verò crudioribus. Designatur in diversoriis inscriptione a vocis *Est*. Unde cum bibulus quidam ex ingurgi- ione ejus tandem moreretur, servus ejus lapidi se- chrali verba hæc incidi curavit: Propter Est, Est, s meus mortuus est. *Muscatella* vina ut dictũ, ex uva iana parantur, vel expressione ex uvis, vel cum semi- se uvæ acini exemptis pediculis crudo musto inji- ntur, ut simul bulliant, vel quando musta prius co- nt, & post uvas adjiciunt; vina sunt firmissima ac sua- ima multique nutrimenti. *Muscatum* ad Tabiam in uria crescit, generosissimum nec sanitate cuiquam rius.

XI. *Nomentanum* haut procul Roma ex uvis vino cinis admodum abundantibus, ac aquosius, ceu jam sæ ævo vinum hoc copia potius quàm præstantia ce- l. 14 c. 4 e erat. Hodie conditur.

XII. *Palmesium* in Anconæ agris laudabile est. *Pata-* vina sincera podagricisque innoxia habentur, ex ob thermas finitimas natura. *Perusinum* à civitate nominis Romam quotannis in magna copia trans- fatur. *Piccante* vinum est ex Insubria prope Tici- n, suave coloris splendidi blandulisque bullis in scy- o subsiliens, cæterum roboris mediocris. *Port-Her-* in Senensi ditione generosum est, gustui placi- quodque ad impotentiam coëundi tanquam spe- um valeat. *Prænestina* vina lenia sunt sapida ac tum nutrientia. *Pratutianum* in Umbria album est, o nitore & spiritu fulgens. *Pucinum*, aliis *Vipacum*

 cui

cui Livia Augusta semper addicta, ac longa suam adscripsit, colore fulvum odoratum ac d ori ac stomacho gratum, egregiè confortans triens, caput tamen non afficiens provenitqu sinus cujusdam Adriatici, hodie Capo de Ist etiam *Prosecker Reinfal* dicitur. Incolæ istoru rum ubi vinum hoc pro potu ordinario servi mè ægrotant, ac longævi evadunt. Qui vino gius utuntur ad venerem proniores sunt, & r sam prolem suscipiunt, biliosis tamen noxium

XIII. *Racense* in Liguria superat omnia v genera, & jucundissimum est, nomenque habe mis, à vehementi Sole & repercussu assidui ca mipassis uvis, & leviter conculcatis. Vinum i naceis sæpius superaffundunt ut simul ebullian *tica*, *Veltlinia* alba & rubra sunt, nec ita fortia brum petant, senibusque imprimis proficua. præstantiam eorum expressurus, dubitanter eff carmine eadem dicturus sit. Augustus enim iis

l. 2 Georg. v. 95 batur. *Eodem* tamen & *Plinio* testibus, post Fa iis secundæ dabantur. Bibentibus subausterum gua saporem relinquunt. Aromaticum ab incol

Thes. p. 274 tur modo à *Bierlingio* adducto. *Romana* sunt vel rubea. Hæc circa Aritiam crescunt, gustu suavi dice adstringentia, nec tamen fortia, unde & Po dapibus adhibentur, & ægrotantibus utilissima e *Rosaceum* in districtu Aquilegiensi, circa Rosace bem, Falerno Campanisque vinis æmulum est, n præstans.

l. 1 Od. 20 XIV. *Sabinum Horatii* ævo vile audiebat. Est aquosum, tenue, album, modicè adstringens. P tum tamen annum nobilius evadit. *Salernitanum* ac vinosum est, convalescentibus ac stomacho in utile. *Sclava* vina in Brixiano agro pretiosa sunt

's æmula, rutilo ſplendore & guſtu ſucceſo. *Spoleta-*
im flavum & croceum eſt, ſuaveque & dulce exiſtit.
rrentinum in Campania, *Plinii* ævo inter optima vina, *l. 33. c. 1*
ıæ ætatem ferrent, numerabatur, hodie tamen aquo-
ıs exiſtit, & febricitantibus datur. Incolæ ad vites *Bartholinus*
ıtiquas exciſas referunt, quarum vina tarde ad biben- *cent. 1 Ep. 49*
ım apta evadebant, cum ex modernis vitibus vinum
tprimatur, quod ſtatim & vendi & bibi poſſit.

XV. *Tempſenſe* in Calabria proximè ad clarella acce-
r, odore violæ luteæ, ſapore ſincero ac ſubdulci, ſub-
antiæ tenuis. *Tiburtina* olim à vetuſtate laudata, ho-
e verò ob diverſam conditurum vix ad annum utilia,
oſt fiunt acria & amara. *Trebinianum* vinum inter
'huſca nobiliſſimum. *Trebulanum* in Hetruria ad op-
dum S. Johannis provenit, vinumque per Italiam ac
alliam celebratiſſimum, quod ad menſas Regum Gal-
e deferatur. Eſt autem aurei fulgoris, admodum
lce, ſtomachum ac caput confortans & macros im-
guans.

XVI. *Velitrina* in Latio admodum delicata, unde &
rinla dicta. *Verdea* in agro Florentino, ſpecies vini ama-
ſſima & nobiliſſima. *Vernacinum* ab hujus nominis
nte rubro in Liguria dictum, generoſum eſt, ac apud *Hoffmannus Diſſ. ſel. part.*
llos & noſtro diviſos orbe Britannos etiam nobile. *2 p. 82*
'rntina, ſincera ſunt, ex Soli ob finitimas thermas na-
ta, unde & podagricis innoxia exiſtunt. *Vinaciola*
'Veronenſi tractu habentur, excipiuntur ex vinaceis
huc integris, ſuntque ſaporis ſuaviſſimi ac pungentis.

XVII. HISPANICA vina omnia generoſiſſima ſunt.
uod in ſpecie tale audit, fulvius exiſtit, ac in coriis aſ-
vatur, eſtque dulce pingue ac calidius, bilem gene-
s, capiti tamen non ita nocens. Bene cum vini
ncici medietate miſcetur quod *Halb ein*, *Halbander*,
cant, & ſtomachum imprimis roborat. Cæterum

Hispanica ejusmodi non infrequenter artificial
runt, ex melle rob passularum & spiritu vin
Alicanthicum seu *Illicitanum* ex regno Valentiæ
ac rubrum est, adeo ut non raro excretiones
Hoffmannus *Diss. sel. part. 2 p. 86* bro colore tingat, stomacho magis utile censet
tinet huc nigrum illud vinum, quod *Tinctöer*
Lemmius *Occ. p. 346* gas vocatur à tingendo, in quibusdam alvun
in aliis verò sistens, unde & dysentericis exhib
jus diversi affectus ratio vis adstrictoria est, qu
intestinis inhærent corroboratis, contractisqu
fibris vinum hoc proluit. *Bastardum* omnem
gravitate superat, ita ut dolia eo repleta deme
Canarium ex Insulis hujus nominis, maximè
fertur, circa Palmam crescens album est ac ge
mũ, Hispanico tamen in specie sic dicto inferi
verò in Tarifa Insula, ex grandibus rotundis
primitur, & *Malvasia* audit tantæ præstantiæ
durans, ut nulli corruptioni obnoxium, quov
per mare devehatur. *Illanea* inter vina, quæ
Martini oppidum in regno Toletano crescunt
Mollenbrokius *de Varis. p. 187* utpote non adulterata. *Leaticum* inter gene
Hispaniæ vina censetur. *Lusitanica* vina crassa
gra, austera, ac adstringentia, ad *Algarbiam* ta
bilissima existunt, ut & *Transtagana.* *Petri Si*
dictum, quod ex vitibus Rhenanis à Petro qu
mone in Hispaniam translatis, proveniat; Vi
Germanicæ asperitas solo Hispanico egregiè
saporque jucundior conciliatus est. *Regale* a
tem Regalem nascitur, substantiæ mediocris
mum tamen ac saluberrimum, ideoque ad usu
à Medicis commendatum. *Ribadovicum*, inter
liciæ nobilissima censetur, sed transportation
mare non fert. *Rubeum de Toro*, tantæ suavita
Rex vinorum dicatur. *Salmanticense*, vinum a

ſt, præcipuè quod *Amarillum* vocant. *Secco*, ſeu
ſe vinum album generoſum eſt, quale Canariũ,
ıs tamen, atque ſic dictum, quod in ſaccis ſeu
: in Hiſpania circumvehatur. *Tarraconenſe* in Ca-
jam *Martialis* ævo nobile. *Toletana* imprimis *l. 13 Ep. 118*
·ope S. Martini oppidum & Pelagios naſcuntur,
non ſolùm Hiſpaniæ, ſed & orbis nobiliſſima cen-
Xenema in Andaluſia, auſteriuſcula ſunt, mi- Hoffmannus
lcia, atque in locis calidis etiam citius aceſcen- *Diſſ ſel. part.*
ereſana in Bætica Hiſpaniæ parte naſcuntur & ve- *2 p. 16*
ıra ac acriora ſunt.

III. GALLICANA vina calidiora quoq; ſunt, ac
·amentis frigidioribus conveniunt. *Altiſsiodorenſe*
·undia, vinum eſt nigrum cum adſtrictione. *An-*
ſe eſt album, conſiſtentiæ mediocris ac diu con-
ır. *Aurelianenſe*, tam album quàm rubrum, ſa-
ſt ſuaviſſimi, rubum Idæum referentis. Ventri-
admodum confortat, ac calefacit, caput tamen
, unde & Oeconomus Regis Galliæ juramento Sim. Pauli
am adſtringebatur, ne vinum hoc Regi propina- *d. Tabac. p. 41*
Bar ſur Aube, vina ſuppeditat calore ſapore ac bo-
proximè ad Andegavenſia accedentia. *Belnenſe*
gundia conſiſtentiæ eſt mediocris, coloris perdi-
culos referentis, ſaporis grati, nec caput ita ac
anenſe afficiens, generoſum tamen, ut in prover-
abierit: Vinum Belnenſe ante omnia recenſe.
e ſalubre ac bonum cenſetur. *Burgundica* vina o-
ac gratiſſima ſunt, nec caput ita afficiunt. Quæ
ı Comitatu Burgundico ad Dubium fluviũ naſcun-
ıbra quoque ac ſapidiſſima, non tamen durabilia
Campana vina laudatiſſima ſunt, ſaporis delicati,
ı, ac bene per urinam tranſeunt. Iisdem verò
plerique Magnates utuntur. Aquam bene ferunt
m inter ea locum obtinent, vinum *D' Hay* rubel-

lum subtile ac delicatum, iis tamen qui rarioris te
ac catarrhosi sunt, vitandum. *De Cousfy* rubrum
que est, generosum, grati saporis ac consist
mediocris, Regio potui dicatum. *De Rohan Seteri*,
alembicum transit, seu evanescit & fixior pars re-
, quàm si salia constituant, speciales id figuræ
nt; Sedimentum verò ejusmodi variis adhuc mo- Conradi Obs. Histor. Hamb. an. 70, p. 186
obari potest, veluti flammâ quâdam leniori, qui-
bus

bus microscopia parantur, incendi, qua ratio
mum quempiam ac odorem suppeditet, de l
participat, uti de *Osterodanis* observatum. Du
men non est in destillatione, eamque subsequa
Paschalius *in Act. Lips. Ann.* 1700 *p.* 497 poratione sedimentum ejusmodi ab igne quipp
& aliam esse evaporationem, quæ sub radiis S
Stisserus §3 & 4 peragitur, quales diversi effectus in aquis Bo
observantur.

VI. In specie verò minera martis explorat
sitione folii quercini recens avulsi in aquam mi
quod tunc ferri atomis ita obducitur, ut cœru
nigrum colorem præseferat, prout aqua fer
vel minus impraegnatur. Nigrescunt quoque
pureum colorem induunt, prout magis minus
abundant, acidulæ tales gallarum aut corticum
torum, florum balaustiorum, terræ Japonicæ,
Hoffmannus *Diss. sel part.* 77 *p.* 192. 204 herbæ Theæ, tormentillæque infusione. Aci
men illo casu frigidæ esse debent, coctæ enim ita
lorantur. Etiam caro cum acidulis cocta tingi
ditur quoque acidularum libræ concharum
drachma, perque aliquot dies servatur & aliqu
ne agitatur, quo ipso subtilis ochra flavescen
dum præcipitatur.

VII. *Sulphur* ex additione syrupi violarum
qui ex commistione cum aquis hujusmodi viri
lorem contrahit. Deinde aquæ sulphure im
tæ argentum colore fusco vel nigro inficiunt.
sulphureæ particulæ post destillationem aut e
tionem in fundo remanentes laminæ candenti
liquefiunt. Concretum quoque ejusmodi in
bile est, quod cum sale Tartari in hepar sulphu
fit. Odor verò sulphureus nullum hic indiciu
stat, cum à spiritibus mineralium acidis metall
tibus solventibusque oriatur, ut patet experimen

lunam rodentis, & spiritus salis martem solven-
|uæ solutiones sulphureum odorem exhalanr. Et
sulphureus pluribus aquis adest, quæ tamen de sul-
non participant. De præcipitatione cum aceto
ato supra egi.

III. *Sal* in fontibus exploratur leni destillatione, Hoffmannus Diss. sel. part. 2 p. 199
ıa in fundo manet, quod elotum in igne crepitat,
ıæ fonti additum eandem in solutione auri inten-
Ad crystallisandum verò repositum figuram qua-
n induit, lunamque solutam turbat, inque forma
ris albi præcipitat.

. *Alumen*, si acidulæ contineant, post præcipita-
n cum oleo Tartari institutam, evaporatione quo- Ettmullerus p. 776
eprehenditur, tunc enim in fundo corpus album
octoedrica concrescit, quod igni rursus imposi- Hoffmannus Diss. sel. part. 2 p. 202
oongiosum fiat & intumescat. Hoc enim ni fiat,
mentum illud per præcipitationem institutũ non
sale est, cum omnis aqua calcaria & salina ad al-
liquoris mixturam albescat. Quo magis purum
alumen aquis infuerit, eo magis austeræ hæ quo-
unt, atque erosivæ, ita ut intus non sine periculo
tur.

. *Nitrum* exploratur infundendo acidulas cum
alsa, seu in qua sal commune dissolutum est, quod
n tunc nitri quippiam contineant, acidulæ eva- Bergerus de Therm. Carol. p. 29
urbidæ & quasi lactescent. Aquæ Nitrosæ ple-
etiam amaræ existunt.

. *Mercurius* verò ac *Arsenicum* deprehenduntur,
ro aquis immisso & candescente.

CAPUT III.

De operationibus acidularum.

llus ferè corporis affectus chronicus est, contra
ıem acidulæ cum fructu non assumi queant, ceu

Spadacr. c. 8 copiose & doctè ab *Heerio*, & *Camerario* demonstratur, &
Differt. Acad. de Acid. §3 vel illud pro sufficienti indicio est, quod aquarum ejusmodi accolæ sanissimi vivant. Quibus tamen in specie opponuntur sunt morbi vitio primæ digestionis existentes; capitis scilicet, ut ab eodem ordiar, dolores, catarrhi, paralyses, vertigo, epilepsia, melancholia, incubus, palpitatio cordis, asthma flatulentum, icterus, affectio hypochondriaca & hysterica, scorbutus, affectus nephritici obstructiones renum, ac calculus, suppressio mensium, hæmorrhoides, diarrhoeæ biliosæ absque febre
Heerius Spadacr. p. 65
Baglivus prax. l. 1 p. 73 affligentes, febres tertianæ, quartanæq; diuturnæ. Quæ verò acidulæ quæcunque, quarum in Germania saltem ultra mille enumerantur, in specie affectus curent, particulariter recenset *Weckerus*.

Antidot. spec. l. 1 p. 14
Hoffmannus Diss. sel. part. 2 p. 179 II. Morbos autem curant acidulæ partim alterando & corroborando, quatenus spiritu suo minerali quo pollent, quique nares egregie ferit, totum corpus ac penitissimos ejus recessus subit, elutriant, obstructiones & coagulationes resolvunt, salia peregrina absorbent, &
Borgerus de Therm. p. 113 secum per organa excretoria vehunt. Unde levatis inutili pondere vasis ac visceribus, circuloque humorum vitali restaurato, villi illorum erecti tonum meliorem recipiunt & corroborantur. Partim evacuando, idque per alvum, si minerales aquæ salibus turgent magis alcalicis & nitrosis, alvusque in subjecto per naturam laxior est; Per urinam, si aquæ sale quodam acidulo, aluminoso magis imprægnatæ sint, ac qui utitur, alias facilius mingat. Quomodo verò urina tam cito ab acidulis moveatur, ut hæ vix potæ non rarò statim per
Sect. XIII. § 9. 19 eandem effluant in *Selectis physiologicis* à me uberius tractatum est. Per sudorem, si sanguis est serosior, cutisque
Ridlinus Lin. Ann. 2 p. 394 pori laxiores. Per ductus salivales, quod in scorbuticis
Borgius in Misc. G. Dec. 2 An. 3 Obs. 173 interdum accidit. A Spadanis aquis aliquando hæc evacuatio ita succedit, ut per alios meatus nihil observatum dignum

dignum excernatur. Ab iisdem quoque quidam naſo emungunt; Imo ſæpe uno eodemque tempore diverſas excretiones patiuntur, ut alvum magna in copia deponant, & ſimul ſudoribus diffluant, in aliis urinæ, menſes ac hæmorrhoides ſimul fluant. Heerius *Obſ. p.* 26 & *Spadacr. p.* 55

III. Promovetur acidularum effectus, primò aquæ quæ aſſumitur quantitate. Cum enim ordinaria remedia, licet iis multum potentiora, in parva nimis doſi aſſumpta, partim in primis viis infringantur, partim ſuffocentur, aut quamvis viribus integris ad maſſam ſanguineam perveniant, tantam tamen molem corrigere ſemper nequeant. Cum acidulis verò aliter comparatum eſt, utpote quarum inſignis quantitas, quam ægri intenſa cum ſalutis ſpe hauriunt, viſcerum infartus, humorumque viſcoſitatem & acrimoniam egregie eluit ac diluit. Deinde promovetur quoque effectus aquarum, quod ſub uſum earundem, qui aliàs medicinarum aſſumptione aut diætæ legibus ſervandis immorigeri ſunt, hic melius adſtringantur & obtemperent, ſimulque animus loci ac converſationis illecebris divertatur. Diverſos autem ac ſæpe contrarios affectus acidulas reſpicere abſurdum non eſt. Dum enim bilioſos & acres humores temperant, & fibras nerveas roborant, adſtringunt eorundem fluxum; Dum verò humores viſcoſos fluxiles reddunt & ſalina ſua qua pollent vi ſtimulant, quoque aperiunt & laxant.

IV. Minus efficaces aliquando acidulæ exiſtunt, & colorem, odorem, ſaporem conſiſtentiamque amittunt, vel propter hyemem præcedentem molliorem, cujus rationem in ſubſequentibus dabo; Vel propter ingentem æſtum, ac radios Solis terram, præ ſiccitate nimia fiſſam & poroſiorem penetrantes, qua ratione ſpiritus ſubinde diſſipantur; Vel propter nebuloſam atq; auſtrinam aëris diſpoſitionem, quæ meatus terræ penetrando Jonſtonus *Syntagm.*

ac turbando aquas lutosas, turbidas aut crassas reddi
Vel propter pluviosam cœli constitutionem ad plur
dies continuantem, ubi tunc aquæ ferè dulcescunt, qu
si fluviorum inundationes comitentur insecta ac sor
variæ aquis mineralibus miscentur. Etiam terræ m
tus ac concussio aquarum texturam mutat. Sæpe qu
que particularis ratione loci causa est, quæ acidulas
ad odorem & saporem ad tempus mutat, cum nimi
quod ad cogendas acidas & arcendas sylvestres aq
compactum est lutum cum lapidibus, ut & calx a
se communicant, quod aliquando Dainacensibus co
Camerarius Diss §7 tigit. In pestilenti aëris constitutione acidulæ quoq
simul noxiæ evadunt.

V. Transportationem acidulæ ferunt integris vi
bus, ac Egrenses ex Bohæmia eapropter passim c
brantur. Tönnigsteinenses ad Rhenum scaturi
Moerenius in Hungaria ad pontem Esslekensem
Præfat. tra- æque efficaces, quæ Hilleshemii etiam pari cum
Rat. de Acid. ctu sumuntur. Spadanas in Anglia nihilo deteri
Tönnigst.
Spadacr. p. 39 quam in ipso fonte deprehendit *Heerius*. Tetuccia
Florentiam & Pictorium orientes, per totam ferè I
liam in Pharmacopoliis venales habentur. Aliæ t
præ aliis transportationem magis tolerant, prout n
turæ magis vel minus sunt spirituosæ. Hæ enim
dubio citius saporem & levitatem amittunt, & gravi
res efficiuntur, amissis dum per vecturam aquæ m
interno valde agitantur, spiritibus, hanc leviorem r
dentibus. Quæ etiam sunt valde acidæ tutius transp
tari possunt, quod de Piermontanis observatur, q
Hiarne in non minori, imo juxta quosdam majori cum eff
Act. Lipf. an. transportatæ quoque bibuntur. In specie de Ch
84 p. 82
Schraderus riensibus in Gallia, Swalbacensibus in Germania, D
in Nov. Liter patensibus in Livonia observatum, quæ transportati
Baltic. ann. adeo non ferant. Circa transportationem autem
98 p. 160

mod

odi observandum, ne vasa adhibeantur in quo alius im liquor asservatus fuit, cum hic facile quæpiam fui dicia post se relinquere possit, deinde ut vasa tota re- eta, ac optime clausa sint. Quod si enim parvum uoddam spatium relinquatur, quod aër ingredi possit, por ac efficacia omnis perit. Transportatio etiam itius instituitur noctu & cœlo frigidiore, quàm æstate sub Sole fervente, meliusque conservantur lagenæ in co frigido quàm calido. Calor enim externus mo- um intestinum augendo spiritus magis in auras diffi- t, quos frigus pressione suâ à circumferentia ad cen- am magis unit ac servat. Transportatis præsertim artialibus, antequam usurpentur, vulgò lagenis Gal- pulverisatæ pro parte admiscentur, sique exin colo- violacei aut nigricantis evadant acidulæ adhuc inte- æ habentur, quod si verò color maneat luteus, aut ueus virtus evanuit. Circa quam tamen exploratio- m notandum, quod si partes aquæ spirituosæ jam ex- averint, etiam tinctura ejusmodi non succedat. In- er ochra flavescens in lagenis his ad fundum præci- ata, easdem aquis semiplenas jam per aliquot tempus titisse arguit, quod spiritus minerales substantiam ac martis hactenus detinentes, levissimè sic exhalârint e verò ad fundum secesserit.

Ridlinus Lin. An. 5 p. 872

Hoffmannus Diss. sel. part 2 p. 176

CAPUT IV.

De convenienti utendi modo.

I.

ACidulæ omnes uti casu primo repertæ, ita dein quadam accolarum empiria quasi excultæ sunt, do- demum accedentibus artis regulis methodicus usus stitui cepit. Hic igitur nisi easdem diffamatas ve- us, ante omnia observandus, nec sub salutarium ejus- di fontium prætextu quivis ad eosdem ablegandi.

p. 10 firmavit, cum invito Medico suo Piermontan
& iisdem vix absolutis in reditu mortem opp

Helvvigius *Obs. p.* 220 Cunæus *de Pierm. p.* 61 Camerarius *Diss.* § 8 Qui pulmones affectos, visceraque non ampli habent, ut vel hydrope distendantur, vel alia ra spirationem impediant, ægrique asthmatici ex phthisin inclinent, hæmoptysin patiantur, qu affectus hi à sanguinis fervore oriuntur, nec co admodum sunt, acidulæ non absque fructu i

Ridlinus *Lin. An.* 5 *p.* 1054 Heerius *Obs. p.* 29 Platerus *l.* 3 *Obs. p.* 572 hauriantur. Nec macies sola pro contraindic dularum haberi potest, quin visceribus integr melius hisce remedium opponi vix poterit. 4 panitici & Ascitici confirmati, utpote in quil non amplius permeant, sed stagnando p tes febrem tantum lentam ac sitim augent, l sursum diaphragmate respirationem præclud simque, mortis prænunciam accersunt, hanc

Moerenius *Diss. p.* 26. 27 lerant. 5. Diarrhoeis ac dysenteriis epidemi gnisque laborantes. 6. Calculis renum gra prægnantes, ne hi commoti lethalem ischuri

Heerius *Obs. p.* 30 Wierus *tract. Germ. p.* 68 Moerenius *p.* 27 cant. 7. Renum ulcere laborantes, cum eni curatio in exficcatione consistat, ab aqua act hæc exspectari nequit. 8. Lue venerea infecti, si tota massa sanguinea nondum corrupta est, i dam symptomatibus Spadanæ feliciter cesserin

imotos gravius exagitent, doloresque augeant. *Heinsius de Pod. p. 185*
iroxysmum verò, quod eundem alieno tempo-
lerent, dum humores commovent & deambu-
pedes sollicitent. Per accidens tamen inter-
desse aquas dubium non est, roborando nimi-
era, & salium circa articulos congestionem im-
), modo prædicta non obstiterint. 10. Exco-
ani doloribusque hæmorrhoidum obnoxii, ut-
& deambulatione & humorum acrium frequen-
one exacerbantur. 11. Gravidæ, ante quartum *Cunæus de Pierm. p. 66*
aptimum gestationis mensem. Intra hoc tem- *Heerius Spadacr. p. 130*
m, cur aquæ ipsis concedi nequeant, rationem
video, cum dictis mensibus laxativa iisdem *Moerenius de Tonnigst. p. 24*
Bibant tamen in quantitate quoq; minutiore ac *Ridlinus Lin. En. 1 p. 169*
bus ita se gerant, ut abortus præcaveatur. 12.
uoniam debilis eorum calor ab acidulis debitâ *Camerarius de Acid. § 7*
te assumptis exstingueretur, & iisdem facile *Heerius Obs. p. 15*
ia supervenit. Pueros quidem propter tene-
nollem corporum texturam quidam quoque
nt, cum tamen exempla prostent infantium ali- *Id. Spadacr. p. 124*
o unius anni, & lactentem puellulam Spadanas *Ridlinus Lin. An. 3 p. 184*
bibisse. Et illis in locis, ubi fontes ejusmodi
nt, promiscuè vel minimi natu acidulas sine ulla
unt, ac optime valent.
Tempus sumendi conveniens æstivum est, men-
et Majus, Junius, Julius, Augustus, siquidem aë-
litio respondeat; Quamvis etiam verno tempo- *Cunæus p. 42*
e Martio interdum cum fructu bibantur, adeo
uibusdam tertianas curent. Nec dubium ipsa
bibi posse, ad ignem tamen luculentum, aut in
o probe calefacto. Quod enim hyemali tempo-
im easdem turbidas, minusque efficaces ac insa-
atuant, id non de omnibus verum est, gustavit-
ius Spadanas in vigilia Nativitatis Domini acrio- *Spadacr. p. 94*
res,

Bierlingius *Thes. pract. p. 1094* pleuritis cum succedente omnimoda extremo[...]
gredine & quasi gangræna, colica periodica c[...]
Durrius *in Misc. G. Dec. 2 An. 8 obs. 56* structione mesenterii & adstrictione alvi, quin [...]
ipse. Præparatio verò consistit in eo, ut alvus
Haderus *in Misc. G. Dec 1 An. 3 Obs. 180* stipatior est, duobus diebus ante subducatur, &
viæ humorum saburrâ liberentur, lenitivis qui[...]
familiaribus, non debilitantibus. Deinde sangu[...]
copia abundet, vel fervidior existat, venæsect[...]
mendetur, quam tamen sub cura, ut quidam f[...]
non repetendam arbitror.

V. Incipiendum autem mane, non quidem
Heerius *Obs. p. 49* post somnum, sed una atque altera post Solis ort[...]
ra, sub meridiem enim fons languidior est; An[...]
ptionem corpus prius deplendum ac per sem[...]
exercendum, ambulatione enim ejusmodi visc[...]
lesiunt, ac aquas avidius appetunt.

VI. Sumendæ verò actu frigidæ. Calefact[...]
Camerarius *§ 13* spirituum jacturam patiuntur, nec viribus suis
gent, quod inter alia eleganti cum tinctura instit[...]
Hoffmannus *Diss. sel. part. 2 p. 177* perimento patet, utpote quæ cum aliàs ex m[...]
pulveris Gallarum colorem atramenti assumant,
ac igne incaluerunt, non amplius tinguntur, qu[...]
spiritu partes quoq; minerales volatiles avolârin[...]
quod magis est, calefactæ acidulæ ventriculi
dissolvunt, ac vomitum provocant, cum & aqu[...]
plex tepida inter emetica existat. Quibus tamen

cidularum molestum est, aut stomachi debilitas aliud
iadet, utpote cujus nerveis membranarum fibris tre-
iorem semiparalyticum actuale ejusmodi frigus facilè
nprimeret, ii prope scaturiginem vel manuum fotu id
nendabunt, vel quoque vas, quo continentur acidulæ,
ausum tamen, aquæ calefactæ imponent, vel ad ignem
lefacient, quamvis tepide ob rationes supra allatas.
onducet quoque hic conclave calefactum.

VII. Bibendæ dein ita, ut sensim intra dies sex ad
mmam dosin perveniatur, subita enim omnis muta-
o naturæ gravis, quæ maxima existeret, si statim à sum-
a dosi inciperetur, & ventriculus obrueretur. Quan-
tas in genere determinari nequit, tutissimumque hic
l euphoriam respicere non primis tantum diebus, sed
er totum potationis tempus. Mensuram autem si- *Heerius Spa. Acer. p. 101*
idem speratum effectum assequi quispiam velit, non
tiguam esse convenit, qui enim multum imo pluri-
um aquarum ingurgitant, certius se magnis incom-
odis liberant, dummodo easdem bene iterum ege-
nt, nec oeconomia animalis turbetur, quod facile
eri potest, dum in glandulis, ad quas à vasis amplis arte- *Keilius Act. Lips. an. 709 p. 404*
æ immediate pertingunt, justo copiosiores devehun-
r. Mensura verò præscripta in partes dividenda &
e respiratio ac ventriculus continuâ ingestione offen-
antur, intra horam demum absumenda. Quibusdam
erò in affectibus, & ubi magis alterationi sanguinis ac *Waldsmidius Disp. p. 42*
umorum quam evacuationi insistendum, in magna
uantitate non bibendæ, modice tamen per longius
mporis intervallum & plures septimanas continuan-
e, quo cum massa sanguinis integrâ eo intimius mi-
eri queant, interposito semper blandiore quodam ab-
ergente amaro, aliisque pro circumstantiarum ratione.

VIII. Inter hauriendum verò quædam stomachum
orroborantia ac flatus discutientia assumenda, ubi vel

 simplex

simplex carvi, anisi & corticum aurantiorum confectio sufficit. Morsulos suos hic commendat *Heerius*. Spiritus vini nullatenus superbibendus, cum acidularum operationes sistat. Externe verò stomachi regio balsamo aliquo inungenda, ex oleo nucis moschatæ, aurantiorum, fœniculi.

Spadacr. p. 99

IX. Interea corpus movendum moderate & absque multi sudoris effluxu, quæ motiones etiam in hypochondriacis, quales plerique acidularum hospites sunt, per se multum conferunt. Non tamen vix deglutitis acidulis velocissimè cursitandum, montesque summi subito ascendendi, aut aliis variis exercitiis ad largissimi sudoris usque profusionem utendum, cum hic ita tantum promoveretur, qui tamen in acidularum usu non æque conveniens est, nec etiam illæ per sudorem semper operentur, nec quivis morbi per sudores etiam curentur. Equus gradarius aut rheda citatior quibusdam hic magis arrident, præterquam enim quod iter pedibus facienti sudores facilè erumpant, atque ita serum alio diversum per urinas parcius exeat, sessio in equo vel curru musculos abdominis ac intestina ipsumque ventriculum comprimit, validiusque corpus agitat, unde aquæ citius concalefactæ promptius eminguntur. Quidam etiam secunda post illas assumptas hora lectum petunt, ac se optime cooperiendo promptissime aquas reddunt.

Heerius Spadacr. p. 105

X. Simul autem diligenter attendendum, quorsum & an per alvum, urinam & sudorem acidulæ operatæ sint. Primis quidem diebus per alvum laxant, ac tertio circiter die feces bono omine colore nigriori tingunt, dein verò copiosior urina secedit. Ut autem alvus eo melius sequatur, pillulæ laxativæ interponendæ, ita ut eo die potus acidularum intermittatur. Sic enim liberius permeabunt aquæ, & corpus relinquent maxime sanum. Urina promovetur sumendo mane post

Heerius Spadacr. p. 83

somnum

somnum pillularum de Therebinthina drachmã eiq; postea consuetam acidularum portionem subjungendo, vel quoque his ipsis primoque haustui instillando spiritum juniperi, nitri, therebinthinæ, vel denique Tartarum solubilem cum primo acidularum haustu sumendo. Sudor, ut jam dictum, nullo modo provocandus, sique ab initio per alvum urinam ac sudorem simul evacuationes sequantur, & quidem uno eodemque tempore, malis id ægri rebus fit, nam vires tunc non solum prosternuntur, sed corporis quasi ac humorum dissolutio subest. Ridlinus *Lin. An. 6 p. 183* Hildanus *Op. p. 484*

XI. Ante omnia quoque diætæ ratio sub acidularum usu habenda, quæ tum moderatior potius quam nimia convenit, ne alimentorum onere operatio earundem inhibeatur. Plerumque ob nullam aliam causam acidulæ male cedunt, quam quod appetitui nimium indulgeatur. Accedit quod hic ut plurimum ab humoribus acidis tunc quasi solutis, intendatur, ac hydropotis imponat, ut credant, melius jam cum ipsis agi, adeoque diætam non amplius observent. Dimidia tamen hora ante appetitus quibusdam excitandus, & tonus ventriculi quasi restituendus Essentiis galangæ, zedoariæ, caryophyllorum, piperis, absynthii, Elixire proprietatis, cum spiritu aliquo volatili, ac tinctura cinnamomi combinatis. Waldschmidius *Diss. p. 42*

XIII. Tempus cibandi commodum est, tribus aut quatuor circiter post potum horis, aquâ maximam partem iterum evacuata, ac urinâ, quæ alba erat tinctiore reddita. Cibus ipse sit mollis ac levissimæ digestionis, ac incipiendum semper cum jusculo carvi, similibusq; abstinendumque à lacticiniis, carnibus fumo induratis, pernis, anseribus, anatibus, anguillis, carpionibus, & similis generis durioribus ac viscosis cibis. Nec cibi acidulis incoquendi, tum quod hæ coctæ parum virium retineant, tum quod nigredinem cibis concilient.

XIII. Potus sit vinum, Secco, Canarium apud ditiores, aut etiam aliud Rhenanum ſpirituoſum, Gallicumque purum, quod tamen tempore intermedio acidulis temperari poteſt. Pauperiores cum cereviſia contenti eſſe debent, ac poſt cibum ſpiritum vini aſſumere poſſunt; Quamvis autem fontium ejusmodi accolæ acidulas quoque in jentaculo, prandio ac cœna innoxie bibant, id tn. potius aſſuetudini illorum adſcribendum, quo fit ut nihilomagis ab iis cum cibo potis lædantur, quam puella illa napello, quo tamen omnes alii interibant, pingueſcens. Vino certe inter prandendum nunquam admiſcendas ſuaſerim, propter vim enim diureticam ad vias urinarias properabunt, adeoque moram cibi in ventriculo requiſitam ac neceſſariam, concoctionemque ipſam impedient, unde obſtructiones meſenterii ac viſcerum ſequentur. Obſervatum aliquando in Spadanis ſemen aniſi ſimul comeſtum, cum urina iterum rejectum fuiſſe.

Heerius *Spadacr. p.* 116

Hildanus *Op. p.* 653

Id. Cent. 3 *Obſ.* 72

XIV. Somnus meridianus, quamvis iis qui eodem indigent non admodum noceat, præſtat tamen vigilare ac tempus ludis ac confabulationibus terere, ut emunctoria corporis aperta magis ſerventur, nec per ſomnũ ejusmodi hac in parte quippiam impediatur.

XV. Pomeridie acidulas reiterare non niſi illis conceditur, qui calidioris ac ſiccioris conſtitutionis ſunt, vel mane integram doſin aſſumere nequeunt, bibuntur autem tunc tertia poſt prandium hora, & digeſtionem abſolutam. Niſi ſtomachus vacuus fuerit, aſſumptio ejusmodi & fructu carebit, & turbas concitabit.

Cunæus *p.* 17

XVI. Cœna convenit parcior, ſolentque in immorigeris acidulæ Piermontanæ altero die absque effectu exiſtere. Qui tamen bis de die aquas bibunt, iis liberalior cœna indulgenda.

XVII. Affectus animi ad jucunditatem diſponendi.

Læta

ta ede, læta bibe, læta age, læta vide. Ipse certe ut Ridlinus *Lin. Ann.* 5 *p.* 791 *&* *Ann.* 6. *p.* 1181
i supra ex parte innui, ejusdem sententiæ sum, tam
lulas quàm thermas pluribus non tam viribus suis,
bus egregiis pollent, prodesse, quàm quod simul ii, Valentini *Declam. p.* 3
usi fuerunt ab animi corporisque laboribus graviss-
is aliquamdiu sic respirent, ac laudabilem insuper
tam servent. Imprimis verò ira vitanda, qua non
m acidularum operatio impeditur, sed & humori-
jam in motum concitatis, bilis simul effervescit, ut
us nervosum afficiat, & apoplexias aut febres ar-
tes pariat. A venere quoque plane abstinendum.

XVIII. Acidulis in corpore subsistentibus aquæ vel
testinis ac mesenterio hærent, quod ex rugitu fla- Heerius *Spadacr. p.* 123
nsione ac gravitate cognoscitur; Vel in massa sangui-
concervantur, & tunc rugituum flatuumque absen-
major verò corporis gravitas Prius vel cremore
tari primis haustibus addito emendatur, vel quoq;
teribus altero die applicatis. Quod si verò visco-
pituita transitum aquarum impediens præsumitur,
ferunt pillulæ aloeticæ vesperi, vel aliæ pro eadem Ridlinus *Lin. Ann.* 1 *p.* 212
atione mane sumptæ, omisso interim aquæ eo die

Altero casu hydragoga magis conveniunt, qui-
dein sudor subjungendus. His verò nihil profi-
ibus acidulæ omnino seponendæ, neque enim con-
atam ingurgitationem earundem quispiam tum sua-
, tam propter læsionem interiorum subsecuturam,
n hydropem imminentem.

XIX. Symptomata quæ circa potum acidularum ut
imum occurrunt, sunt *Dolor capitis*, quibusdam ex
yncrasia superveniens, si adhuc fumantes sumant.
si rectius aquas in loco quodam à fonte paulum re- Hoffmannus *Diss. sel part,* 2 *p.* 180
o sumunt, cum transportatione ejusmodi spiritus
ularum caput adeo afficientes paulum dissipentur.
igranæ, utpote omnium in Germania maxime spi-

rituosæ ad fontem potari nequeunt, sed ad
Egram transportari debent, à qua fons dimidio n
distat. *Visus hebetudo* & quasi occœcatio, quod
sanguineâ à potu acidularum commotâ, per an
lacrymalem & *Meibomiana* palpebrarum vascula
lentiæ quædam protrudantur, oculique simul a
tur, quæ omnia tamen continuato acidularum
post tertium quartumve diem cessant, ut & ægri
quàm antea videant. *Vomitus*, si ventriculus d
sumendæ autem tunc calefactæ, vel subjungend
cydoniorum, aut aqua cinnamomi cydoniata.
levior à refrigeratione ventriculi & pectoris e
verò ex nimia aquæ copia *anxietates* patiuntur, e
ferre nequeunt, ii minorem dosin sumant, int
enim acidulæ in parva quantitate sumptæ idem pr
Ridlinus *Lin. Ann.* 1 p. 188 quod in magna, præsertim si potantes diutius i
Anxietates ejusmodi, in mulieribus passiones hy
designant, gravioribus præsertim symptomati
Heerius *Spa-dacr.* p. 73 patæ. Aliis quibus cruditates pituitosæ circa
ventris inferioris in copia stabulantur, subito
quasi oritur. *Catarrhis* supervenientibus aquæ
Id. Obs. p. 25 differendus, ac sudationi vacandum, idem quo
servandum, si menstrua superveniant, quia ve
Id. p. 16 promoverentur, vel impedirentur, & graviori
lis via sterneretur, febribus scilicet ac cephalalgii
Ridlinus *Lin Ann.* 3 p. 48 dispar & hæmorrhoidum in viris ratio. Ex s
matibus verò ejusmodi aliisve signis facile dig
an profuturæ sint acidulæ. Nec enim tutò con
tur, si per aliquot dies ventriculus easdem no
sed præter vomitus continuos appetitu prorsus
to de indignatione sua testetur, hæc etiam medi
tis adhibitis non cedant; Si diutius quàm par es
pore detineantur, & vel maximè stimulantia
menta frustra in usum ducantur; Si abdomen i
t

cit & quotidie majus evadit, si cum torminibus uxus ita augeatur, ut & sanguis simul secedat & teria sequatur. Si tussim de die in diem augeant, ltim non imminuant; Si in difficili respiratione ost tres aut quatuor dies insigne levamen sentiant, ɔnum enim vitium subest, in dispositis verò hæ-ysis succedit.

X. Finitâ potione ex acidulis balneum pro una alterâ vice paratur, quo & artus corroborantur, ɔores dissipantur. Post hæc laxativum quoddam lragogum convenit, quod particulas minerales pore adhuc residuas eliminet. Etiam sudorifera, era abdominis imprimis ad debitum tonum ite-edigantur, unde & Thermæ post acidulas com-ntur. Virgini cuidam Nobili in remanente abdo-plenitudine post acidulas aliquādo cum fructu dedi arium ex conservâ rosarum pallidarum, Elect. de rosarum Extract. diacarth. resinâ Jalapp. pulv. ve-x. cum Syr. diacarth. sumebatque tres cuspides s quaternis matutinis. Tribus verò intermediis , ter duas cuspides in vino pulveris cort. chin. ɔach. Birkmanni ol. still. carvi mixti, quibus habuit, & sequenti anno aquas cum successu re- *Ettmullerus Op. T. 1 p. 771*

Non autem ut quidam metuunt, singulis annis nniis acidulæ repetendæ, sublato enim eo, pro-ɔod usurpabantur, necessariæ amplius non sunt, spositio viscerum morbosa, prava diæta conti-ɔasi redintegrata, continuatam quoque singulis cidularum usurpationem postulent. Nec qui uno ltero anno acidulas frustra potant, tertiâ vice non um successu repetunt. *Ridlinus Lin. Ann. sp. 1050*

CA-

CAPUT V.

De Acidulis artificialibus.

I.

CUm verò tantæ sint acidularum vires, nec illæ semper haberi queant, Medici interdun tificialibus cogitare coguntur, quæ idem præster *terus* sumit limaturam ferri purissimi vel chaly ad cyathi unius quantitatem affundit aceti all mensuram unam, sicque in infusione asservat b clusa dies aliquot. Implet dein doliolum mens ginta aquæ fontis, hujusque infusionis tantum scet, donec aqua aciditatem aliquam contraxi simul aceto albo, si non satis acida sit. *Heerius* sol latione spiritus vitrioli in aquam communem, u vitrioli portione in eadem soluta parat, quæ & aquam Spadanam, & effectus æmulentur. A clysso minerali, aut liquore quodam martis sol das reddunt. *Diderirus* antimonium, nitrum, & destillat, ac dein phlegma vitrioli addit, interd que limaturam martis; Quidam etiam salem p in aqua tantum solvunt, qui modi tamen om minera martis in iis deficiat, pro genuinis h queunt.

L. 3 Obs. p. 572

Spadacr. p. 94

Mollenbrokius *de Varis.* p. 143

II. Et revera lubrica valde res cum acidu modi artificialibus videtur, cum naturales à m spirituosis volatilibusque partibus vires suas tur, ac præterea in terræ visceribus naturali ne paratæ sint, in artificialibus verò aquæ simp nerales metallicasque virtutes haut ita imbiber nec dictam in naturæ gremio peractam dig artificiali nostro igne nunquam satis æmulabim

Charleton *de Scorbut.* p. 225

Hoffmannus *Diss. sel. part.* 2 p. 182

Petermannus *Manud. ad prax.* p. 48



SECTIO DECIMA DE THERMIS.

CAPUT I.

De ortu & viribus Thermarum.

I.

THermarum seu fontium calidorum, medicâ virtute pollentium origo non ab igne quodam subterraneo est, hunc enim quamvis plerique sagaimi aliàs rerum naturalium scrutatores pro causa ıoscant, apud me tamen in pari cum eo, qui in con'o lunæ vulgò statuitur, veritatis gradu est. Non m video, quo pacto ignis ejusmodi in centro terræ ri, aut perpetuò, uti quidem debet, subsistere queat, que aëris accessu. Imo latera cavernarum & parietes, bus clauderetur concuteret, ruptisque obicibus per ræ hiatus fumos flammasque evomeret. Montes cergnivomi, ut regeritur, spiracula ignis ejusmodi non t, hi enim ex alia causa existunt, effervescentia scit mineralium ac metallorum modo mox dicendo in ntibus excitata. Nec apparet ratio, cur cum tot ı seculis telluris interiora perfodiantur, eaque ad alioɔt jam stadia pateant, nusquam ullæ unquam flam:, ullæ prunæ, aut ignes quomodocunque accensi ad : usque ævum comparuerint. Imo quanto altius tern subeunt fossores, tanto majorem ubique soliditatem saxeam duritiem offendunt, quale quid ignis natura ıime fert. Et si vel maxime ignis alicubi subtereus lateret, non tamen ab eodem aquæ calidæ sem· eâdem quantitate, qualitate, eodemque modo sine ɜrmissione suppeditari queunt. Quod idem quoque obstat

Blondellus de Thermis Aquisgr. p. 40 Ettmullerus T. 1 Op. p. 778 Bergerus de Therm. Car. p. 52

obstat, quo minus aquæ ejusmodi à terra calefieri q
cujus præterea calor non ita perpetuus esse potes
fervori radiorum solarium adscribi queunt, cum
in terram non penetrent, & æstus thermarum s
æqualis sit, quod tamen esse non posset, iisdem
misphærium nostrum non semper æqualiter pro
nec fontes omnes simili modo æstuent, quod etia
deberet.

Hoffmannus Diss. sel. part. 8 p. 209

II. Duobus verò modis oriri arbitror, quorum
quidem illis cum acidulis ferè communis est, d
quæ è mari meatus subterraneos subeuntes, & lo
caria marcasitisve lixivialibus ac sulphureis refe
luentes ex contactu earum mutuo incalescunt, ef
scunt, ac cum impetu è terra prorumpunt. C
matur prius ex eo, quod thermæ quædam cum
& refluxu maris incrementum ac decrementum p
tur, posterius verò, in dubium forte vocari posset,
saxa ejusmodi calcaria sine igne luculento in c
haut urantur, qualem tamen subterraneum mod
gavi; dein, quod saxo ejusmodi accideret, quod ali
ci elotæ, ut scilicet brevi tempore exstinctum ferv
que vi spoliatum, non amplius cum transfluente
calorem communicaret. Verum inter naturæ arti
opera maxime distinguendum arbitror, cum insuper
ra calci vivæ, coagulatæ tamen similis, circa ther
frequenter reperiatur, aut in canalibus ligneis, per q
aqua in balnea derivatur concrescat, quod in Caroli
observatur, quibus aquis insuper, quæcunque immitt
tur, intra 26 horas lapidea crusta obducuntur, unde
ingentes circa ista balnea conspiciuntur lapides stillati
vulgò *Tropfstein*; Calcarios tamen lapides excludit,
Jamque marcasitam substituit *Bergerus*, quam pyrit
vocat, & sulphure ferroque constare asserit, cujus
menta sint ochra seu ferrugo rubra. Bitumen fossile
voc

Willisius tr. de Incal. sanguin. p. 30 op. Hoffmannus Diss. sel. part. 2 p. 240. 231

tr. de Therm. p. 27. 65

ocat *Hoffmannus*, seu potius terram bituminosam, cum lphureis mineris conjungit, quæ sententiæ omnes pro corum varietate veritatem suam obtinere possunt.

III. Alter modus est, cum aquæ minerales duæ ad ctum frigidæ alicubi in subterraneis concurrunt, ac spirituum mineralium, quibus imprægnatæ sunt, ntrarietatem & pugnam incalescunt, cujus fervoris modo existentis exempla chymia quotidie suppetat in confusione spiritus vitrioli & olei Tartari, buri antimonii cum spiritu nitri, quæ flammam quoque affusio repente fiat, concipiunt. Idem, sed intra me hora spatium & remoto operculo accidit, cum spius therebinthinæ Venetæ recens prolectus, frigidus nen, cum aqua forti generosa itidem recenti ac frida confunduntur. Mixtura ex limaturæ ferri & sulfuris contriti partibus æquis, aquaque dilutis thermam originem omnium optime illustrat. Ejusmodi aun generationis modus probatur insuper ex eo, quod ca thermas semper etiam acidulæ reperiantur, vel violum, sulphur, aut alumen non procul ab iisdem eruar, uti circa Carolinas spatio quinque milliarium plus am 300 fontes aciduli, inter quos Egrensis eminet, currunt, ac penes ipsum craterem bullientis aquæ telæ acidulæ profluunt, imo totus districtus mineris feris sulphureis ac aluminosis scateat.

Jonstonus *Thaumat.* p. 76 Blondellus p. 60

Borrichius *Act. Hafn.* Vol. I. p. 133

Du Hamel *in Act. Lips. an.* 703 p. 263

Hoffmannus *Diss. sel. part.* 2 p. 214. 239

IV. Utro verò modo aqua in subterraneis incalescat, alia quoque quæ attingit liquefacit, sibique unit hur imprimis, de quo omnes thermæ participant, e vulgare illud fuerit, sive bituminosum sive marle exstiterit. Cognoscitur id præter modos in exratione acidularum propositos, visu quoque ex scinantibus scilicet per aquam sulphuris ramentis, & flous ipsis in parietibus adhærentibus, ceu in Aquisgransibus videre est. Ex commixtione verò variorum

inter se corporum sal alcali, ceu flos quidam produ
quod ipsum eapropter in omnibus thermis abun
ut ex libris sex aquæ, salis illius drachmæ duæ c
misse educantur. Illustris *Bergerus* illud aphron
cellis nascanti plane simile statuit. Alcalinæ aut
turæ existere inde patet, quod thermales aquæ
sionem spiritus vitrioli non tantum effervescant
aciditatem hujus destruant, ut sal instar tartari
lati inde exsurgat, ac cum sulphure ac nitro debit
titate mixtum pulverem fulminantem suppeditet.
terea aquæ hæ ex Rhabarbaro tincturam rubicu
ut alcalina alia, extrahunt, & Mercurii sublimat
tionem aurantii coloris reddunt. Pro varietate
mineralium ac marcasitarum variæ quoque ori
thermæ, ac viribus inter se differunt. Ita *Aqu*
nenses in urbe sulphure abundant, quod etiam du
nales transeunt, purum in iisdem deponunt. *E*
ses & *Carolina* de vena martis & calce viva partici
Saxum quidem calcarium verum, quod ustum in c
in aquis strideat, fervescat, æstumque excitet, ips
negat *Bergerus*, sed quod cognatum sit gypso, cuju
menta sint ochra illa seu ferrugo rubra, unde in
una aquarum pollinis gypsei grana circiter quinqu
periuntur, salis verò modo dicti grana viginti quin
Aquisgranenses in suburbio seu *Porcetana*, sale alu
ac nitro turgent, quamvis de Nitro in Porcetanis
bitet *Borrichius*, cum & in quadras se fingant eju
stalli & strepitum in igne nitro familiarem non e
dant, ut mihi potius sal alcali videatur. *VVisbad*
prope Moguntiam sal quoddam instar salis commu
suppeditant. Quædam aquæ calidæ nullâ p
minerali substantia prægnantes apparent; Uti *Pip*
in Helvetia, quæ quamvis solis nivibus calore Sol
quefactis, ac per loca subterranea calida profluenti
adſ

...er. de Therm. Carol. p. 43. 26
Hoffmannus *Diss. sel. pars 3 p. 228*

Blondellus *p. 69. 79. 171*

...er de Therm. Carol. p. 18

Bartholin. Cent. 4 Ep. 38 p. 112

dscribantur, quod quot annis circa initium Maji erumpant, & circa medium Septembris desinant, non tamen absque omni thermarum scaturigine videntur, quæ propter exiguam quantitatem hyeme non ita appareant, vere autem aquarum nivalium copia diluantur potius, quam ab his solis constituantur, cum illud ipsum sapor peregrinus arguat, qui ab aquis nivalibus deduci nequit, rectius à vitriolo, cujus quippiam continere dicuntur. In quibusdam etiam, ut in *Swalbacensibus* & *Italis* nonnullis, inter tam vicinas & copiosas aquarum fubrium scaturigines, crypta quædam veluti pestilenti halore afflata adest, quem effectum non sine ratione ad halitus nimis copiosos ac simul conclusos retuleris. Hoffmannus Diss. sel. part. 2 p. 231 Peschlinus L. 3 Obs. 44 Bergerus de Therm. p. 105

V. Vires thermarum quamvis pro varietate mineralium cum aquis combinatorum valde differant, in genere tamen consistunt in calefaciendo, incidendo, aperiendo, resolvendo, discutiendo, abstergendo perque alvum, urinam, sudorem ac interdum salivam movendo, q; ratione levatis inutili humorum pondere tubulis, ut supra de acidulis dixi, ita & hic viscerum tonum roborando fibrasque relaxatas restituendo, quo sanguis & humores promptius & per totum corpus circulentur, ventriculus ac interiora suo rite fungantur officio, transpiratio liberior succedat. Præstant hæc ipsa propter sal quasi quoddam, quod in plerisque modo supra dicto existit, & à *Paschalio* Hermaphroditicum vocatur, ubi verò alcali ortum præbet. Per sudores imprimis ea peregrina eliminari odor balnei gravis successu temporis superveniens probat, in aqua imprimis, quæ alias nec frigida, nec calida, nec fervens vel minimum odorem spiret. Eadem quoq; per urinas evacuari exinde patet, quod post limpidas, quæ primo & medio tempore cernuntur, turbidæ & crassæ sequantur, quæ cum spiritu vitrioli instillato effervescant, quod limpidæ non faciunt. Wedelius in Misc. C. Dec. 2 Ann. 1 Obs. 9 in Act. Lips. an 1700 p. 496 Ridlinus Lin. p. 49 Hoffmannus Diss. sel. part. 2 p. 140

Blondelius p. 122

VI. In specie prosunt in affectibus à sero va
te & acidiore ortis, quales sunt diuturni capitis
plerique per consensum infimi ventris exorti
vertigo, memoriæ debilitas, paralysis, contract
fectus hypochondriaci lenti, mesenterii gland
Ridlinus Lin Ann. 5 p. 264. 331

que obstructiones & viscerum hepatis ac lienis,
ac tympanites incipiens, aliique in abdomin
res, calculosæ concretiones, diarrhoeæ chron
atque uteri procidentia. Insuper in artuum do
arthritide vagâ scorbuticâ, impotentia virili, f
fœminarum, ut & albo illarum fluxu, hystericâ
mensiumque suppressione. Præterea in affect
ternis, tumoribus crurum oedematosis, flatuo
que, ut & in membris à fractione aut disloc
Antidot. Spec. l. 1 p. 11

luxatione debilitatis. De Thermis verò Germ
liæque & cujuscunque in specie viribus agit

CAPUT II.

De Methodo thermas adhibendi.

I.

UTi autem acidulæ, ita quoque thermæ no
bus conveniunt, arcenturque ordinario a
Schröckius Schol. ad Helvvig. obs. 127

1. Qui sunt constitutionis siccioris & calidioris
ramentique cholerici, aut viscera præcalida ha
tristitia afficiuntur, cum facile febrem hecticam
hant. 2. Qui adhuc augmento corporis indige
ac adolescentes, quod thermæ humidum illud
Mollenbrok. in Advers. Curios. Beerlingii obs. 56

tium absumant. 3. Senes, ceu in quibus calor
lis jam per se debilior facile dissipatur, humidu
tinosum magis exsiccatur, & mors acceleratur.
Ridlinus Itin. p. 50

& inter senes distinguendum, cum & eorunde
Muraltus in Misc. G. Dec. 2 An. 7 obs. 109

genariorum, ac nihilominus balneis feliciter u
exempla prostent. 4. Qui morbos quosdam e
ditate metuunt, utpote qui post thermarum u

manifestare solent, ceu de calculo imprimis ac
le observatum. 5. Quibus caput vitio sui ipsius
st, propter malam scilicet vasorum & sinuum
conformationem, hujusque nimiam humidita-
ıum fibrarum membranearum relaxatum, ac *Blavvius in Misc. G. Dec. 3 An. 7 obs. 96*
m defectum eaque ex ratione affectibus capitis
ıicis laborant. Quibus viscera male constituta,
ıpter phthisici, asthmaticique existunt, ad hecti-
:linant, quod his facile sudores colliquativi fu- *Wedelius*
ant. 6. Qui hæmoptysi, hæmorrhoidibus mi- *Diss. de Ther. p. 31*
:ruento vexantur, ac mulieres, quæ fluxu men-
mio ex temperamento acriori laborant, quo-
ermis sanguis magis attenuatur, & ad fluxum
:. 7. Fluxionibus seri acrioris quibuscunque
catarrhis scilicet ad oculos & pectus decumben-
: quibus aliàs sanguis humoresque jam in motu
ti, effervescunt, morbospue constituunt, unde
Carolinæ in febribus cujuscunque generis, sive
:tentes fuerint sive continuæ & acutæ, magis
æ & inutiles existunt, quod propter turbatam
is progressionem & partium spasmos, aquarum
ium copia transitum liberum & exitum non in-
8. Qui ulceribus inveteratis laborant, materia
ırulenta ex calore thermarum incalescit, fit a-
ıalignitatem acquirit, ulcus magis magisque
olorificum, unde major ad partem affectam ite- *Hildanus*
uxus, quin materia hoc modo resoluta massæ *Cent. V. obs. 90*
eæ communicatur, eamque inficit & nervos fe- *Volkhammerus in Misc. G. Dec. 2 An. 6 obs. 238*
aliquando mulieri cuidam uteri ulcere laboranti
supervenit. 9. Calculosi quibus lapides magni in
jam concrescunt, quod concretio ejusmodi to- *Wedelius l. c. p. 23*
à thermarum usu resolvatur, ac ischuria lethalis
atur, intempestiva scilicet propulsione ac incu-
e calculi in pelvi facta. 10. Podagrici præser-
tim

Ettmullerus T. 1 Op. p. 720 Heinsius de podag. p. 182 Hoffmannus Diss. sel. part. 2 p. 264 Blondellus p. 95

tim sub initium, quod ab usu thermarum partes
guine tenuiores dissipentur, corpus exsiccetur,
res arthritici incrassescant, tophi generentur, hu
peccantes intus retineantur, nervi evadant ri
contrahantur. 11. Erysipelati obnoxii. 12. Lue v
ac gonorrhoeâ virulenta laborantes, quod lang
sanguinis & humorum in subjectis ejusmodi mo
non lymphae ingens coagulum ac viscidiras, ac
thermalium per venas & evacuatoria cursum ac
impediant, simulque perniciosae earundem in
corporis stagnationi occasionem suppeditent, b
verò iisdem dolores augeat. 13. Epileptici. 14.
morbo diuturno convaluerunt, quod in utrisque
virium defectum motus humorum progressivi,
excretiones admodū langueant, & aquae therma
que facillime stagnent. In genere omnes, qui p
ginquum & saepe ineptum aliorum remediorun
fatigatâ corruptâque naturâ ad interitum ruunt, t
que aquae copiam perferre minus possuut. Pl
men enumeratis aliisque affectibus laborantes,
marum Aquisgranensium potu & balneo felicite
tutos, ex historiis à *Blondello* copiose allegatis app
adeo hac in parte experientia de uno atque alter
observata merito praevaleat.

Bergerus de Therm. Carol. p. 127

c. 14

II. Tempus anni commodum est vernale &
nnale; Hyeme enim propter aërem crassum ac
dum pori corporis occlusi, & aestate nimis calida
ca corpora per se nimis resolvuntur. Non aut
ris initium, sed finis ejusdem, seu aestatis initiu
ligendum, & prout aër coelumque temperatum e
lusque caloris vel frigoris excessus occurrit. Saep
medio Maji venti frigidi spirant, imbresque copi
sunt, qui thermarum usui contrariantur, ac in A
saepe aëris fervor quoque obstat. Ver autumno

ri

endum quibusdam videtur, quod corpus humiditabus hybernis tum repletum magis existat; Cum ve- hyeme corpus nostrum in hypocaustis ad libitum alrari possit, non video cur non & illo tempore usurpari ieant, præsertim cum perfectiores tunc sint, & quaatibus omnibus potentiores. Etiam particularis therarum ratio hic quoque habenda, uti Carolinæ rectius ugusto ac Septembri adhibentur. De annis autem ssextilibus, quæ vulgus movet, inania prorsus sunt, illi iim non ex aliqua inordinatione naturæ, sed dierum ntum ac horarum exactiori computatione existunt, error in dimetiendo Solis motu accidat, unde quoie thermis eo ipso virium nihil decedit, quamvis neindum non sit, propter diversam cœli temperiem etin thermarũ efficaciam omnibus annis eandem non esse. Blondellus p. 99

III. Antequam thermæ in usum vocantur cors & primæ viæ pro judicio præsentis Medici prius per rativa & venæsectionem bene præparandæ, ne recreenta illarum aquis difficiliorem per corpus transitum ddant, in vasa abripiantur, eadem infarciant, obstrut ac ad massam sanguineam propulsa scabiem fœdam, ores, hydropem, tabem, apoplexiam quin mortem am pariant. Venæsectio certe præsente plethora, inæ iis, qui temperamentum sanguineum obtinent, cooiori diæta gaudent, vitam sedentariam exercent, hæarrhoides ac menses suppressos patiuntur, necessaria modum est. Laxativa verò durante thermarum usu post eum repetenda, ut humores crassiores, post teiorum secessum partibus inhærentes, abstergantur oque, & thermarum pars crudior crassiorque glanduvel membranarum texturæ adhuc impacta abluatur. Hildanus l. c. Guilielmus l. de Idris p. 96 Heinsius podagr. p. 113 Paschalius in Act. Lips. an. 1700 p. 302

IV. Fluxu mensium ac hæmorrhoidum superveente, nec non insultu podagrico erysipelatoso, ut & roxysmo hysterico, & magna corporis debilitate per

Ridlinus Lin. An. 4 p. 554 & Itin. Med. p. 45

aliquot dies à thermarum uſu abſtinendum. Scabie verò ac catarrho ſuperveniente, ceu communiter fit, balneum nihilominus continuandum, cum hæc & ſimilia cutis vitia thermis ſupervenientia iisdem mediantibus denuo plerumque ceſſent, quale etiam quid de viſu privato in thermis Badenſibus prope Viennam obſervatum, qui vix elapſis quinque diebus reſtitutus, oculis poſtea magis ac antea clarioribus redditis.

Idem Ann. 6 p. 993

Eadem quoque fluxus alvini ſupervenientis ratio, quo mediante partes excrementitiæ in inteſtinis hinc inde forſan diu latitantes, ac à balnei aqua emollitæ, ſecedunt, & è corpore exturbantur, ut quibusdam etiam hunc naturæ motum datâ potione laxante adjuvare neceſſarium viſum fuerit, antequam balnei uſus continuaretur.

Ridlinus Itin. p. 32. 45

In fluxu aliàs alvi ejusmodi vinum rubrum hauſtum egregie confert. Dolor capitis etiam à balnei vaporibus venit, adeoque non tam medicamentis, quàm patientia ac balnei continuatione ſuperandus, niſi gravior evadat; Eadem & aliorum accidentium, quæ vulgò balneis ſuperveniunt, ratio, vigiliarum ſcilicet, appetitus proſtrati, ſitis, ardoris urinæ, conſtipationis ventris, quibus non niſi ex conſilio præſentis Medici contraeundum.

V. Quintuplici autem ratione in uſum cedunt primò *potando*, ubi experientia ante omnia conſulenda, cum à priori, ut loquuntur, de thermarum ingredientibus earumque mixtura judicare nequeamus. Excluduntur autem hic illæ thermæ, quæ in ſe aliquid noxii metallici, bituminis arſenicique continent, cum ex iis interiora afficiantur, corrumpantur, pulmonesque imprimis erodantur, ac tabes ſuccedat.

Foreſtus l. 15 obs 32. Mollenbrok. de Var. p. 282

Quamvis autem virus arſenicale ejusmodi omnibus thermis communem ſtatuat *Michaelius* propter ſulphur, cum quo maximam cognationem habet, eaquepropter multos, qui thermis interne uſi fuerant, intra tres annos mortuos fuiſſe ar-

tretur,

tretur, promiscue tamen de omnibus id ipsum asserere, experientiæ quotidianæ contrariatur.

VI Jam olim verò thermales ejusmodi aquas intus assumptas fuisse, pluribus testimoniis probat *Blondellus.* *p. 185* Et thermæ Carolinæ magis ad potum quàm balneum idoneæ existunt, laude eo majori dignæ, quod nec calore suo naturam offendant, nec frigore perinde ut acidulæ periculum visceribus & succis minentur. Ipsa potandi methodus pro morborum ac subjectorum diversitate Medicique præsentis regimine instituenda. Ut plurimum præmissis pridiano vespere pillulis aloephanginis aut marocostinis similibusque mitioribus, vel quoque his primæ thermarum potioni admixtis, qui tenerioris constitutionis ac spasmodicis affectibus obnoxii sunt, intra duodecim vascula subsistunt, quarum septem mensuram seu duas libras explent, nec ultra viginti ad summum adscendunt, ac per sex circiter dies continuant. Qui verò robustiori corporis spissiorisque sanguinis complexione præditi, venas amplas ac vasa majora habent, pingues ac torpidioris naturæ existunt, majorem vasculorum numerum requirunt, ut succi diluantur, & viæ aperiantur, primisque statim diebus à viginti incipiunt, atque ad quadraginta imo quinquaginta ascendunt, inque quantitate hac per novem circiter dies continuant. Utrique autem postquam destiterunt dies tres vel quatuor, balneum methodo mox dicenda usurpant, siquidem ferre possunt, & foris temperato calore fovendum emolliendum aut discutiendum est, ac dein secundam tertiamque curam eodem vasculorum numero redintegrant, balneumque rursus interponunt pro ut opus. His verò semper dosis pillularum vespertinarum interponenda, & quidem finitâ primâ curâ, septimo circiter die, ut & secundâ semper ante ingressum balnei; Post tertiam verò atque

Hoffmanus *Diss. sel part. 2 p. 246*

Bergerus *de Therm Carol. p. 114. 137. 149*

omnem curam absolutam, pillulæ prioribus paulo for-tiores dandæ, quæ & habitum corporis evacuent. Bal-nea potationi interponere dissuadet Illustris *Bergeru*
p. 139 rationibus non contemnendis, cum & ipse per conti-nuos quatuordecim dies quotidie thermas Carolinas ex successu biberit, ac sine balneo vegetus discesserit, u adeo natura morbi ac temperamenti, ceu supra dixi, pro-be hic attendenda, nec uno omnes modulo ac pede me-tiendi sint.

VII. Sumuntur autem vascula mane quàm calide fieri potest, tepidè enim nauseam concitant, & tormina mo-vent; Calidæ autem lagenæ transportatæ reddu [illegible] immissione in aquam igne calefactam, aut reponendo [illegible] ignẽ ipsum. Haustib9 succedit motus corporis, ut aqua-rum transitus promoveatur & humorum evacuatio be [illegible] sequatur, alvusque quater vel quinquies ad minimum singulis diebus fluat. Infirmiores tamen in lecto de-cumbere possunt, cujus quippe calore laxior corporis habitus redditur, & pori magis aperti servantur. Quo-rundam etiam aquarum peculiaris hic operatio est, ut *Borbonienses* longe citius & facilius per alvum vesicam-que à decumbentibus in lecto per duas tresve horas quàm à deambulantibus redduntur. *Emsenses* per uri-nam operantur, quibus primò mane & dein alternis diebus sal digestivum Aquisgranense interponitur, si ventriculus ferat, quibus verò non, vesperâ primum po-tionis diem præcedente, dosin salis præmittant, ac dein alternis vesperis repetant. Ne verò ventriculus ab aquis ejusmodi sulphureis nauseam concipiat, rot[illegible] læ vel morsuli stomachum confortantes addi possunt. Et meridie post absolutam in ventriculo digestionem potus interdum repetitur. In genere autem qui[illegible] tormina ac inflationes succedunt, ac simul nulla terti[illegible] circiter die evacuatio fortior sive per alvum, sive per

fudores

orem, sive per urinam subsequitur, ii nisi clysteri-
us aut purgantibus lenioribus juventur, rectius à
rmarum usu desistunt. Nec minus & quibus ve-
nentior tussis aliaque supra in acidulis recensita sym-
mata superveniunt. Cum verò pedum tumores
ninent, potus aquarum nihilominus continuandus,
balnea simul usurpanda. Et hypochondriaci ordina-
magnas molestias doloresque pungitivos ac flatus
utroque hypochondrio sentiunt, non aliam ob ratio-
n quàm quod in flexuris intestini coli hærentes vi-
sitates commoveantur, continuato verò aquarum
dissipentur. Nec in cibariis aut potibus aquas has
imere convenit, siquidem molestissimos humorum
multus, difficultatem urinæ, viscerum inflammatio-
, alvi fluxus immodicos, sanguinisque excretiones
n subsecutas observatum est. Quibus tamen car-
gia, colica & ejus generis ventriculi ac intestinorum
ctus frequentes sunt, usum aquarum inter cibos non
uaserim. Quidam cum aquis ejusmodi Theam
que infundunt, qua gustui gratiores redduntur, &
es non tam imminuuntur quàm augentur. Inter
autem diætæ maxime studendum; Hac enim ne-
cta operatio thermarum minus efficax evadit, adeo
inita quoque potatione adhuc postea ad minimum
us mensis spatio diæta ejusmodi, qua imprimis sin-
e secretiones secundum naturæ leges procedant,
ervanda sit.

VIII. *Balneatio* instituitur mane post somnum ab-
tum, corpusque ab excrementis liberatum, prægres-
frictionem ac jejuno stomacho. Aquæ autem ex
e scaturientes calidæ per viginti quatuor horas in
eis stare debent, ut tepescant, antequam externe hoc
lo usurpentur. Si enim balneum nimis fuerit cali-
, in cacochymicis præsertim ac cachecticis febris

Hoffmannus *Diss. sel. part. 2 p. 260*

Gratianus *in Act. Lips. an. 702 p. 9*

Bergerus *de Therm. Carol. p. 145*

Ridlinus *Itin. p. 59*

Wedelius *p. 18*

Hoffmannus *Diss. sel. part. 2 p. 262*

ephemera, præcordiorum anxietates, cordis palp somnus inquietus, capitisque dolor excitatur, & titus prosternitur, propter humorum scilicet & s nis agitationem & incalescentiam à balneo nimis inductam. Sensim verò corpus ad humeros & usque immergendum, ne si subito id fiat, syncop tur, caput quoque pileolo muniendum ac tege ne vaporibus balnei repleatur. In balneo ipso r nus aër frigidus admittendus, aut cibo potuiqu diori indulgendum. Nec omnibus promiscue dum, cum in quibusdam, hypochondriacis scili cioribus, nisi sudor prohibeatur, plus noceant quàm prosint. Primo die per dimidium tantun aut quadrantem in balneo subsistendum, ac die quentibus paulatim ascendendum, etiam ad quinc citer horas, seu quousque lavare constitutum sit, æstum anima deficiat. Cutis tamen rubesce erosio seu exulceratio balneum completum non arguit, cum illa in non bene purgatis ex abunda crementorum aliisque in diæta erroribus quoqu tur. Balneo finito hypocaustum calidum vel lec tendus, ibique per horam circiter commorand transpiratio adhuc continuetur, spiritusque corp ad quietem composito iterum reficiantur, à som tem abstinendum, qui etiam in balneo maxime dus. Prandium siquidem bis de die balneo uti est, moderatum convenit, cœna verò largior, qu balnei tempore nimia cibi potusque repletio fug & vina calidiora vitanda, haut secus ac ebrietas & venus, postea deambulatio per horam circite tuenda, nisi aëris inclementia obstiterit. Null verò thermæ post cœnam tertiâ vice repetenda balneatio cum potatione conjungenda, propter c rios naturæ motus, quibus corpus tum turbaret

Ridlinus Miscell. p. 4

otius, siquidem utrumque ita constitutum fuerit, per
iquot dies potandum, ac dein per aliquot balneandū
:rumque repetendum. Cum verò alvus sub balnei
urpatione facile adstringatur, semper irritanda vel cly-
:re aliquo vel jusculis laxantibus. Ipsarum therma-
m quoque à fonte recens haustarum, ante balneum *Bergerus de Therm. Carol. p. 152*
tatio obstructioni ejusmodi remedio esse solet, cæte-
m balnea hæc vitabunt, quibus febris vel æstus inte-
orum percipitur, quique asthmate torquentur, ac mu-
res quibus menstrua fluunt. Quando etiam quis post
am atque alteram balneationem male se habet, statim *Ridlinus Millen. p. 72*
:ermittat. Pruritus tamen à balneis excitatus, iisdem
ıoque tutissime sanatur. Is autem plerumq; sequitur,
aqua calidior ac quidem requiritur, adhibeatur. Cum *Horstius in Barthol. Cent. 4 Ep. 7*
rò balnea ejusmodi non rarò atonia partium sequa-
r, potus acidularum Swalbacensium, aliarumque æsta-
subjungendus, quo viscera alterentur iterum ac cor-
borentur.

IX. Tertiò usurpantur thermæ per modum embro- *Blondellus p. 84*
ionis seu stillicidii, Italis, quibus maxime familiares
at, *Doccia*, Gallis *la Douche*, & quibusdam latinâ ex-
essione *Ducia*, quando scilicet humoribus in membro
odam particulari coagulatis aut parti affectæ aquæ
onte per fistulas quasdam, volubili epistomio clausas,
illud derivantur, quæ ex alto ita cadentes magis tum
:etrant, ceu gutta cavat lapidem non vi sed sæpe ca-
ndo. Quibusdam spongia inter aquas & partem in-
ponitur, qui modus tum ad fomentationem pertinet,
alis quoque est, quando, quod in thermis interdum
personarum multitudinem fit, situlis aqua ministra-
. Ejusmodi verò embrocationes adhibentur impri- *Ridlinus Itin. p. 95*
s in affectibus frigidis contumacibus doloribusque
eteratis, & capiti etiam raso in suturarum locis
vertice. Quibus verò hoc calidius ac humidius
est,

est, ac oculi debiliores, iis embrocationes ejusm tandæ Germanis etiam ac plerisque, qui cop alimento utuntur, thermæ ejusmodi, etiam adn calidæ, haut absque periculo instillantur, & quida plectici inde redditi. Deinde stillicidia hæc qu pochondriis admoventur, in hepatis affectibus fi ribus, pedibus etiam ac manibus in dolore earu tractura ac resolutione. Pluribus verò de ther tubulum partibus applicandis egit *Lamswerdius*.

Bergerus *de Therm. p.* 153

tract. de abus p. 73.

X. Quartò, limum aquarum calefactum affectis imponendo. Non quidem in omnibus lutum ejusmodi reperitur, ceu Badenses therma suppeditant, dubium tamen non est, illa quod a diu in loco affecto relinquantur, meliori cum quàm ipsas thermas admoveri, imprimis pro d lenitione ac ulcerum sanatione.

Ettmullerus *Op. T.* 1 *p.* 780

XI. Quintò, per siphonem interioribus appl uti thermæ Patavinæ in ulceribus intestinorum sis magno cum emolumento adhibentur.

Gratianus *in Act. Lips. an.* 702 *p.* 8

XII. Lapides quoque thermales ad loca diffi portantur, ac in aqua fontana probe bulliti ther instar usurpantur.

CAPUT III.

De Thermis artificialibus.

I.

CUm thermales aquæ integris viribus ad a locum transportari nequeant, & tamen insig rum in chronicis affectibus abigendis usus exist dici de thermis artificialibus substituendis sollici egitque de iisdem parandis peculiari scripto *Fri* quamvis naturæ operationes modo affectuq, pari piam hic imitari posse dubitem. Accedit aura k rissima quæ vapores ministrat, sudores provocat

Cassiodorus *l.* 9 *Variar. p.* 212

er anhelos, & tanto communibus balneis salubrior ıvenitur, quantum humanâ industriâ celsior est atura.

II. Quæ tamen cum nativa thermarum sulphurea- ım constitutione maxime coincidit, methodus est ex ılce viva & sulphure parandi, inventa à *Paulo Sorbaitio*, rchiatro quondam Cæsareo celeberrimo. Sumit au- m utriusque partes æquales, & cum aqua communi ræmissa ebullitione lixivium per noctem extrahit. Al- ro dein die balneum cum aqua fluente parat. Lixi- ium factum decantatur, remanente in fundo pulvere, ım quo iterum novum balneum parari potest. Ther- arum aluminosarum artificialium præparationem *Fri- welica* aliique practici proponunt. Greiselius *de cura Lact. p.* 150



SECTIO UNDECIMA.

DE DIÆTA SPECIALI

CAPUT I.

De Infantis Tractatione.

I.

DIÆTA specialis, respicit ea, quæ præter recensi- ta cuncta unicuique observanda, nunc homini juxta ætatem, sexum, vitæ genus, aliasque cir- ımstantias considerato conveniunt.

II. Ratione ætatis occurrunt primò infantes mo- o in lucem editi, quorum tractatio partim ad obste- icem, partim ad matrem, partim ad adstantes perti er. Omnes autem probe caveant, ne acus in vestibus is gerant, quæ ipsis inscils in infantes ejusmodi deci- ınt, & varia mala causentur. Roonhusius *l. 1 obs. Chir. p.* 140

III. Obstetricum officia sunt, funiculum umbilica-

lem prope abdomen prius fortiter ligatum, duo
tribus à ligatura digitis transversis præscinder
guam quibus opus est, curare, ac sordes fœtui
rentes, quæ à lympha illa oleosa amnii existun
tepido abluere, quod periculosæ illi, quamvis co
in aqua calida balneationi longe præfero, tum q
tu ejusmodi infans in partu interdum nonnihil
ratus, calefiat viresque recuperet, tum quod bal
nis istius processus non omni plane periculo
Obstetrix enim si per incuriam aut temulentian
calorem manu prius explorare negligat, an no
dum ejusmodi balneum misellum infantem læ
stinguetque, ceu corpusculum infantis hoc mod
ti, pustulis maxima ex parte repletum cum absc
cuticulæ aliquando deprehensum est. Sin verò
in partu cuticula abrasa, aut membra excoriata si
lutio cum vino non convenit, quoniam calore
monia sua tenellum corpus affligeret, & dolore
flammationem, convulsiones, tandemque gang
funestam excitaret. Post lotionem infans fasciis
vitur, & matri antequam ubera sugit, in lecto d
benti admovetur, quo materno calore incalescat.
omnia verò obstetrix partes fœtus examinet, &
quid desit, aut superflue adsit, aut quod debebat
tum esse, occlusum existat, & vice versa exploret,
ne mora parentibus denunciet, quo mature fœtu
spiciatur; Ita infans aliquando ano imperforato in
tum usque diem jacuit, nemine advertente, tande
superveniente abdominis inflatione, vomitu ac co
sione obiit, qui tamen si statim à partu viæ res
fuissent, servari sine dubio potuisset. Idem qu
circa partes pubis infantium sexus fœminini conti
potest, ut nascantur cum membrana partes istas o
gente, fluxusque urinæ minus recte se habeat.

Muraltus in Misc. G. Dec. 2 An. 1 obs. 117

Ammanus Medic. Crit. p. 508

Hoferus Herc p. 440

Ledelius in Misc. G. Dec. 3 Ann. 2 obs. 50

IV. Cum verò non raro accidat, obstetrices veneficas esse, atque infantibus insidias struere, ceu in Ducatu Wurtenbergico talis aliquando capta, quæ ultra ducentos infantes occiderat, ita Baptismus non diu differendus, ac infantes precibus publicis quoque committendi. Nec ad superstitiosa quævis deveniendum, qualia sunt: Sellas obstetricibus præbere, quibus insideant, subtus omni prorsus cavitate carentes, aut parturientis maritum semper in cubiculo præsentem existere, his enim duobus modis ita se habentibus dicta obstetrix fassa est, se nulli unquam infanti vel minimam noxam inferre potuisse. Ridlinus *Lin. An. 4 p.* 100

V. Ut autem infantes à motibus spasticis & epilepsia, familiari huic ætati malo, præserventur, meconiũ ipsis per alvum promovendum. Prospexit etiam hac in parte provida natura. Neque enim statim post partum lac perfectum & pingue in matris uberibus subministrat, sed tenuiorem aliquem & serosiorem liquorem præmittit, colostrum vocant, quod minus facessat stomacho negotii, quin potius salina serositate mucum stomachi blande abstergat, intestinorum sub gestatione collecta recrementa expurget, ac virtute diuretica organa urinaria probe eluat, ut supervenienti dein successive alimentoso magis lacti, digestio facilitetur, & corruptio impediatur. Nullatenus igitur colostrum hoc ex matris uberibus studiose emulgendum, quasi noceret infanti, quin potius una atque altera post partum hora infanti propinandum, ceu divina medicina. Pluribus de salubri colostri usu agit *Veslingius.* Ettmullerus *Diss de Vales Infant. c.* 2 § 10 *Epist.* 28

VI. Fasciis quoque infantem apte involvat obstetrix, ne naturalis partium corporis figura immutetur; Nec stricte nimis nec nimis laxe hoc fiat. Inter Brasilianos tamen non facile inveniuntur distorti aut claudi, quod mirum omnino, cum infantes suos fasciis nunquam involvere aut ligare dicantur.

VII.

que hæc pietatis atque amoris erga prolem ra
rationem habeat, quàm vitæ voluptuariæ atque
Schröckius modorum ex lactatione ortorum. Imo non
Schol. ad Helvvig. obs. 136 periculo peregrinum ejusmodi lac haurit infans
in lucem editus; Editis enim nuper fœtibus lac
Harveus l. d. tenuius faciliorisque transmutationis contingit,
Gen. An. p. 262 ris autem processu, viribusque fœtus jam auct
sius indies & caseosum magis evadit, ut adeo n
adscititiæ robustiore plerumque corpore, habituq
gis duro præditæ, ac matres illæ molliores & d
læ, lacte quoque vetustiore & caseoso magis abu
quod infantes talibus parentibus oriundi non f
ex eaque ratione, præsertim dentitionis tempore
ditatibus lactisve corruptione, febri, fluore alvi,
tu, intestinorum torminibus, tussi, insultibus epi
cis aliisque malis infestentur. Dein lactatio
modi periculosa est, propter vitiosam non rarò ac
bosam constitutionem hisce imprimis in terris, ubi
butica diathesis pleraque corpora inquinat. Den
uti in nutricibus vitia corporis infantibus comm
cantur, ita lactis quoque ad ingenium efformar
maxima vis est, & alumni mores nutricum plen
referunt. Dubitari quidem circa hæc posset,
constitutio sanguinis vel corporis ita prompte muta

retur, ut conformitatem naturæ hauriat, quia non per modum immutationis ex sanguine, sed sola duntaxat separatione ab eodem producitur. Ast si imbecillis in corpore & innatis spiritibus recens natorum, facileque potentioribus adventitiis immutanda vel subjuganda natura, si lactis recenter è sanguine per modum secretionis generati, & adhuc calentis adeoque charactere vitali non plane orbati è mammis mulieribus in corpusculum infantis diu continuata derivatio considerentur, sententia hæc firmo manet talo, confirmantque temperamentorum hanc mutationem vel heroum filii, qui ex hac ratione degenerant, quodque non alia ratione in familias insolita stupiditas, ira, dementia, aliaque animi pathemata & ad scelera propensio propagentur. Quodque magis est, quidam lacte capræ enutritus, admirabili dein pedum velocitate exstitit, duorumq; lacte canino nutritorum quorum alterius cerebrum usque adeo exstruit, ut noctu fugato somno, passim per plateas ululatus latrantis in morem ederet. Alter verò adultior factus quoties excandescebat, verè ringebatur moreque canino rictu latius aperto gingivas sublevans dentesq; exporrectos monstrans, quibus interdum adversarium quoque momordit. Et cur provida natura effecit, ut fœtu in lucem edito, ubera materna sua sponte distenta, alimentum lactis ministrarent. Cur geminis voluit mammis pectus intumescere, nisi ut majori lactis copia facultas nutriendi magis esset expedita.

Helmontius Op. p. 784
Mariana l. 2 Inst. Reg. c. 2
Paullinus Cent. 4 obs. 4.

VIII. Quod si tamen lactis materni defectus & vitia, mammarumque ulcera, gracilitas, papillarum difficilis evocatio, & excoriatio, quin & matris ipsius debilitas, ac morborum puerperium concomitans cohors, phthisica, cachectica, calculosa aut melancholica constitutio, morum pravitas, aliæque circumstantiæ impediant, quo minus ipsa lactationi prolis suæ vacare

possit, ad nutricem aliquam omnino respicien

Act. Lips. an. 82 p. 197 Modus enim nutriendi infantem absque ministeri tricis, ut scilicet lac vaccinum calefactum ex mai artificialibus sugat, difficultatibus suis non caret.

IX. In electione nutricis non minori sollicit

Pechlinus *Obs. p. 108* procedendum & primario respiciendum ad ha corporis, ut matri germanæ quam maxime affin stat, & junceis junceæ, habitiores habitioribus re deant. Magnatum liberis plerumque funestun dit, dum matres eorum teneræ ac delicatæ simile turam & mollitiem infantibus communicant, & l à nutricibus suis torosis ac succiplenis fibrosum so

Ettmullerus *Val. Infant. c. 2 § 10* que lac sugunt, qui in tenello ejusmodi ventric digestus manet, caseosus evadit, cruditati acidæ

Höferu *Herc. p. 421* que coagulo ansam dat, tandemque conceptâ p ne vermes & acrimoniam acidam nervis inimica bique caduci causam suppeditat. Sit præterea pinguedine mediocri, pectore amplo magnisqu mis aut papillis prominentibus, ætate trigesim num non superans, sana ac bene colorata, à sc scabie, phthisi, calculo, atque etiam levissimis lu reæ indiciis immunis, quàm aliàs utpote meret operam sectantes facile contrahunt, etiam insc dein alumnis suis aspergunt, qui iterum malum

Paullini *in Misc. G Dec. 2. Ann. 6 App. p. 72* trem germanam transferentes, totam sæpe dom ficiunt. Etiam menses ne patiatur, quique pau à partu, & vix duo effluxerint. Animus sit mi compositus, non bile vexatus, aut iracundia facil tuque dejectus, non libidinosus, furtivus.

X. Lactis ipsius bonitas ex ejusdem consisten

Forestus *l. 17 Obs. 18* lore ac sapore dignoscitur. Consistentia laudatur do in unguem pollicis instillatum, eo ad lucem inc neq; subito, neq; tarde defluere videtur. Deinde cu vitreum infuso exiguum coaguli admiscetur, dig

ur ut concrescat, si tum casei portio minor fuerit, serum, lac inutile est. Quoad colorem reproba- c impense albicans ac flavescens. Explorabitur color eo certius, si linteum albissimum eo imbua- t in umbra exsiccetur. Quoad saporem verò, re- acidum, salsum & amaricans. Nec tantum lac mammæ explorandum, cum interdum in ipsis nis lactis diversitas fit. Quantum autem fieri po- partus nutricis cum lactandæ prolis partu proxi- incidat, neque ultra mensem distet. Uti enim su- ctum, recens natis infantibus lac serosius ac dilu- onvenit, quale matri recens puerperæ natura con- minus verò lac vetustum ac crassius, adeoque sta- puerperio minus aptum. Retulit quidem hoc vulgi errores *Primerosius*, ostenditque in nutrice sa- bisque alimentis enutrita semper & quolibet tem- probum lac suppeditari, de quo tamen non est io. Et si enim in suo genere lac bonum genere- ordine tamen ad infantem recens natum potest rassioris & uberioris nutritionis, quodque facul- bstersoria careat Male igitur una nutrix conti- perâ duobus successive partubus inservit, & præ- da nutrix senior, quæ non diu lactavit, juniori quæ is lac præbuit.

Paullini *in Misc. G. Dec* 2 *Ann.* 4 *App. p.* 112

Höferus *Herc. p.* 412

l. 3 *c.* 15

.I. Quæcunque autem demum lac suppeditat, sive sive nutrix fuerit, abstineat à cibis acribus, salsis, vinique ingurgitatione, ob rationes infra dicen- Vitet quoq; omnes animi perturbationes, unde non lac varie mutatur, ac grumescit, sed & infans post nentiores ejusmodi animi affectus statim mam- admotus gravissimis plerumque convulsionibus ue malis corripitur. Infans unius anni cum ube- atris præ ira æstuantis aliquando sugeret, ex oculis us, naribus, ore, ano, atque pudendis lethale passus est

Ridlinus *Lin. Ann.* 4 *p.* 455

Albinus *in Lin. Ridl. An.* 4. *p.* 912

est sanguinis profluvium. Quæ verò lactantes
mœrore se macerant, eorum infantes sensim mag
tenuantur. Imprimis nutrix à venere caveat, q
quoque alteratur, corrumpitur, salsumque evadit,
infantes quoque ipsimet sugere renuant, & eju
lacte nutriti (quamvis per paucas interdum septin
toto sæpe corporis habitu sic vitiantur, ut tab
vix tota vita deleatur, scrophulis, aliisque malis in
tur. Eapropter & mulieribus in matrimonio
tibus recte nutricum officium denegatur, quod
maritis suis consuescant. Contrarium quiden
sensit *Prosper Martianus*, tum quod vetiti in nutr
hymenæi ipsas in hystericas passiones conjiciant
mique angores concilient, tum quod matres con
tæ infantes suos lactantes, cumque maritis qualib
cte cubantes, nec sine consueto veneris exercitio
tam tamen lactis depravationem non semper exp
tur, & non rarò ad partum usque lactent. Veru
prius non nisi lascivas nutrices arguit, quæ à nu
ne infantum statim ac petulantia innotescit rem
dæ, ita matres conjugatæ unum atque alterum ex
particulare non attendunt, fœtusque suos, ex quo
cepisse senserunt, sine mora ablactant, ut adeo
tatum maneat, nutrices à virili concubitu omn
cendas. De graviditate autem nutricis explor
sequens experimentum laudatur: lac scilicet em
in vas aqua repletum infundendum, quod si in fu
cadat, nutrix prægnans est, si verò supernatet, a
fluat libera existat.

Listerus *exerc. d. scorbut. p. 195*
Crato *Ep. 118*
Ramazzinus *d. morb. Art. p. 144.*
Ridlinus *Lin. Ann. 4 p. 449*
Höferus *Herc. p. 410*

XII. Lac ipsum invitis infantibus non obt
dum, largior enim & inordinata ejusmodi lactati
mitionibus mucosis, convulsionibus, aliisque gra
mis morbis ansam dat, & tenellos sæpe in mortem
cipitat, dum quacunque de causa flentibus & inq

Timæus *l. 5 cas. 8*

ibus renuentibus etiam, papilla in os à nutricibus in-
:uditur. Ecquis adultorum vitæ diuturnitatem sibi
romitteret, qui quotidie alimenta ita ingurgitaret, ut
er quaterque vomitu redderet, quod assumpserat. Re-
tius proin sibi consulunt rusticanæ mulieres, quæ a-
restibus operibus intentæ, non nisi ter vel quater in
ie infantibus suis etiam quantum velint plorantibus
ıc præbent, vitulorum lactationem imitantes, quos non
ısi ter singulis diebus è vaccæ uberibus lac sugere pa-
untur.

Schraderus Exerc. III ad Aphor. Hipp. § 16

Ramazzinus de morb. Artif. p. 164

XIII. Solent vulgò pulmenta ex farina triticea & la-
e confecta infantibus simul propinare, qua in re ta-
:en graviter peccatur; Ne quid enim nunc dicam,
ıanta violentia nutrix sæpe aut gerula particulam pul-
s indice suo apprehensam in pueri supinè jacen-
s os, & plerumque, si præsertim recusaverit, ad fauces
re usque intrudat, ita ut nolens volens ipsam degluti-
cogatur; Pulmentum ipsum sæpe ita viscidum & te-
x est, ut utilius bibliopegis pro glutinandis chartis,
am infantibus pro nutritione inserviat, unde & non
ì in glutinosum & vitioso acore intense imbutum
ı cum evadere potest, qui lac super ingestum iterum
rumpat, inq; grumos caseosos denset, periculosissimã
lori seu inferioris ventriculi orificii obstructionem
lucat, ac multorum aliorum morborum in tenellis
ısmodi corporibus causa existat. Præstat similago
medulla panis triticei cum aqua, jusculove gallinæ
liquidam pultem redacta, aut in tenui cerevisia bul-
, saccharoque dulcorata, quamvis à dulcibus ejusmo-
propter metum lumbricorum abstinendum sit. Puls
nen hæc cum ex pane fermentato constet, facilius
m digeritur Idem præstant cremor ptisanæ hor-
ceæ vel avenaceæ cum passulis, ova sorbilia: Sym-
mnatibus autem ex vitioso lacte aut pulte superve-

Timæus Consil. dias. p. 1153

Ettmullerus Val. Infant. c. 2 § 16

Hildanus Cent. 6 obs. 34

nientibus vulgari specifici cephalici aut march
pulvere præcavetur.

XIV. Deinde quoque non consultum præm
Simon Pauli de febr. p. 89 quemcunque cibum infantibus suppeditare, qu
vetulæ non solum saliva sua fermentativa quippi
ci alibilis extrahunt, & exsucca infantibus obtr
sed & cibi ejusmodi facile ad morbosam corru
disponuntur, imprimis si scorbutus gingivas
Ledelius in Misc. C. Dec. 1 An. 6 obs. 62 vam vetulæ inquinaverit. Ita aliquando pusi
& vegetus, post præmansum à vetula, quartan
rante, pulmentum, singultu, calore, vigiliis, in
dine, crebraque sternutatione correptus est. A
jus memoria mihi nunquam absque luctu, cæte
simus, jamque annum superans à vetula scabien
tante, hoc modo infectus eademque valde malig
febre nocturna correptus, supervenientibus post
citer septimanas variolis exstinguebatur. Tut
tur matres ipsæ infantibus suis cibos prægustan
vetulæ ejusmodi edentulæ, hircum olentes, a
Ridlinus Lin. Ann. 5 p. 137 & Millen. p. 69 menstruatæ præsertim jejunæ. Potus infantib
competit frigidus, sive cerevisia fuerit sive quic
alius. Cum enim calidiori ab ipso utero assue
frigidior non absque noxa iisdem propinabitur,
Vallesius Phil. sacr. p. 512 ficili respiratione & tussi facile corripiantur. Et i
coctam ætas hæc tenella longe melius fert, quam
Hartmannus Misc. C Dec 3. An. 9 obs 105 visiam ac vinum, quod caput nimis afficit, lac i
maternum quibusvis potibus aliis præferendũ ar

XV. Lactandus infans ad biennium aut octo
Jonstonus Syntagm. saltem menses, seu dum panem intrepide accipit, a
dibus insistere incipit, atque ita ut aliis simul cib
suescat, quibus tamen non ultra satias opplendu
propter venarum lactearũ infartum mesenterii ol
ctio & tumores insequantur. Ablactationi vicin
ctio mammillarum nocte imprimis detrahenda, &
nes propinandæ

XVI. Semel ablactatus non iterum mammis admovendus, non quidem ac si à reiterata ejusmodi ad mammas admotione infantes deinde, ex quodam naturæ nævo alios fascinarent, & aliquando post mortem inter consanguineos mortiferam luem concitarent, utpote quam opinionem sanæ rationi contrariari ostendit *Frommannus.* Ablactati cum ad cibum alium capiendum compelli nequeunt, chocolada ut supra dixi, reficiendi. *L. de fascin. p. 321*

XVII. Aeri assuescat infans liberiori temperato ac frigidiori, nec fomentorum ac lectorum onere semper opprimatur, ac quasi sepeliatur.

XVIII. Ambulationi non ante admoveatur infans, quàm annum absolverit ac carnem & cibum solidiorem assumere inchoet; Inter ambulandum autem crurum distorsiones omni sollicitudine præcavendæ, adeoq; tio ejusdem non nimis diu pro una vice continuanda.

XIX. Si in regione aut aëre frigidiore cucuphas ad firmam usque cranii consolidationem gestent, non solum à pituitosis cerebri affectibus præservantur infantes, sed & à morbo epileptico. Dimerbrok. *Obs. 76*

XX. Quamvis autem in infantibus bonæ valetudinis signum sit, si dormiendo omne fere tempus consumant, & somnus ejusmodi illis non possit non prodesse. Nullatenus tamen cogendi, ut diu noctuque dormiant, cum exin morosiores, segnes, stupidi ac inepti evadant. Ubi verò sine intermissione plorant, & non motu nec admotione ad mammas leniri possint, optimum in involucrorum linteorum mutatione sæpe remedium. Grembs *Arb. p. 471* Timæus *Cas. Medic. p. 1153* Ramazzinus *de morb. Artif. p. 163*

XXI. Non autem iisdem sæpe vix natis medicamenta propinanda, scilicet ut vel convulsiones, vel calores præternaturales præcaveantur, quod cum quidam post singula ferme quadrihoria consuevisset, sex filiolos suos non interrupto ordine, antequam mensem egrederentur, in mortem præcipitavit, quos verò dein aliorum instar educari curavit, servavit. Ridlinus *Lin. Ann. 3 p. 460*

CA-

CAPUT II.

De Diæta junioris ac mediæ ætatis.

I.

JUnior ætas cum jejunium per se minime ferat, cremento suo adhuc indigeat, cibus quoque i majori copia competit, ne ex alimentorum inopia litetur, accretio corporis impediatur, aut quoque naturalis se ipsum quasi consumere cogatur, in i validiores sunt. Cibi autem exhibendi crebri calidi quidem, imprimis verò juscula, cum facile rantur, & ad incrementum corporis quoque pr vendum faciant. Nec tamen, quantum semper j res postulant, præbendum, sed quantum conficere videntur. Cum enim calore suo, qui debilior ad illis est, nimiam cibi copiam consumere nequean justo diutius in ventriculo remanebit ac putresce si subinde novus cibus accesserit, caloris nativi ta exstinctio sequetur. In aliis succi ejusmodi crud inde collecti partes præsertim respirationi dicatas pant, ut respirantes audiantur, & facile catarrhis cativis corripiantur. Alii quæ in nimia quantitat gesserunt, brevi denuò egerunt, continuoque alvi laborant. Alii qui sunt pauperioris conditionis & h aut pane minus bono, aut aliis cibis crudioribus se farciunt, plerumque inde abdomine intumescunt, & biosi evadunt. Impuberes quoque quo copiosiori tur alimento, eo minus in decentem magnitudinem crescere communis opinio est.

Tappius Diss. de Alim. §55

Riclinus Lin. An. 5 p. 447

Sanctorius Sect. III. aph. 54. 55

Lemnius l. 2 O. c. p. 265

II. In cibis mellita & saccharâta non suppedita cum lumbricorum generationi faveant. Vitandi q que fructus horarii, quod sanguinem ichorosum ge rent & febres inducant. Etiam carnis esus in juni ætate parcior esse debet tum propter cruditates ven

no

osas inde facile existentes, tum quod tussis à nimio car-
is esu non infrequentia exempla prostent. Ridlinus *Millen. p. 15*

III. In potu fugiendum vinum, ne animus per æta-
m æstuans adhuc magis incalescat, & caput debilite-
ur. Ventriculus quoque ipse in ætate ejusmodi ab esu
us tenuior evadit, fibræque pereunt, unde vel ciborum
omitus, vel chylus glutinosus, ac scirrhosi mesenterii
imores. Quantum quoque vini in isthac ætate usus
l inhibendum corporis incrementum valeat, suo loco
m probatum. Magis iisdem conducit cerevisia, qua
imen ita utantur, ne ebriosi evadant, cum etiam ex
na ebrietate febris quotidiana in hac ætate existere pos-
:. Cerevisia autem deficiente vinum aqua frangendũ. Helvvichius *Misc. G. Dec. 3 An. 7 obs. 204* Ridlinus *Lin. An. 5 p. 787*

IV. Exercitatio verò liberior ipsis concedenda, quin
: frequenter ambulent, globulis aut pila minori ludant
citandi. Equitationi quoque sensim assuescant, quæ
embris robur addit, animumque in hilaritate conser-
it. Nec ulli ætati motiones magis, quàm huic con-
enire videntur. Dum enim propter nimiam ciborum
igestionem infartibus mesenterii ac viscerum, & ex-
de orientibus febribus lentis obnoxii sunt pueri, omnia
ec decenti corporis motione ipsis concessa præcaven-
r. Hæc tamen ita ne augmentum corporis impedia-
r, aut vires debilitentur, ac ut desidiam tantum effu-
ant. Puberes verò corpus suum per labores firmio-
s ad quodcunque exercitiorum genus & injurias aëris
rendas disponant. Capita quoque nòn admodum te-
nt, quo per nuditatem ossa indurentur, & externis in-
iis ferendis aptiora reddantur. Hoffmannus *Diss. sel. part. 1 p. 297* Jonstonus *Syntagm.*

V. Affectus quoque sive lenti fuerint, sive celerio-
s ab hac ætate absint, tantus enim in hujusmodi cor-
ribus spirituum humorumque concursus ac agitatio
cidit, ut sensuum instrumenta convellantur, ac si in
nsuetudinem habitumque transeunt affectus, rationis
entisque jacturam tandem patiantur. VI.

VI. Venerem hæc ætas omni ratione fugia ex immatura tali calor non solum naturalis ex Heerius Obs. 10 tur, corporis ejusque partium decens magnitu beatur, sed & semen ipsum suo tempore ad gener minus efficax reddatur. Juniores si conjugiu Zacchias Qu. Tom 3 p. 172 trahant, magis quàm oportet veneri indulgent ratione rarius generant.

VII. Somnus primæ ætati ad promovend Grembs Arb. p. 470 poris incrementum longior convenit, cumque h propter inquietudinem corpus sub somnum fa nudet, eo majori sollicitudine per noctem obs quo magis ex hac quoque ratione propter tran nem à nocturno aëre impeditam morborum lium cohors augetur. Pueri autem qui multum Friccius par. rad. p. 142 tandem contabescunt. Quo tamen ætas magi eo magis quoque sensim de somno detrahen dum nimis illi indulgetur, torpidiores reddan

VIII. Sanitati mediæ ætatis ab anno scilice mo ad quinquagesimum conservandæ ratio ex superioribus sectionibus adducta sunt, abund cum illa ipsa ætatem hanc maxime respiciant, liari tractatione amplius opus non sit. Eo ma tem sollicitudine hac ætate diæta observanda, q rata ejusdem senectus postea certo luat.

CAPUT III.

De Diæta Literatorum.

I.

OMnino verò hac in sectione peculiare *sibi* vendicant Literati, utpote tali vitæ genere u quod præ cæteris magis ad morbos disponit. enim vitam sedentariam vivant, & corpus non ri veant, vasa tam sangnifera quàm lymphatica co muntur, circulatio evadit inæqualis & tardior,

ipse, ceu vitium capiunt ni moveantur aquæ, mucescit & corpus redditur grave. Deinde quoque studiis, lucubrationibus ac vigiliis plurimum spirituum animalium consumunt.

II. Ut verò paulo specialius singula evolvam, à ventriculi digestione incipiam, quæ tum ob prædictas rationes, tum ob salivæ vel copiam, vel defectum, vel deteriorem quoque constitutionem, atque etiam affectus animi, quibus literati præ cæteris obnoxii sunt, debilior ac tardior est, unde cruditates modo acidæ modo nidorosæ, ventriculi gravitas & imbecillitas, eructationes, murmur ventris ac rugitus, hypochondriorum digestiones ac inflationes colicæque. Chylus ipse ob vitiosam digestionem depravatus tardius distribuitur, ac ob viscositatem suam, seu quoque corporis in continua propter scriptionem sessione inclinationem in coli cellulis diutius detinetur, coacervatur, magis magisque crassescit, ac intestinis sæpe ita tenaciter adhærescit, ut interdum illabenti excremento non cedat. Imo intestini tunicam æmuletur, quandoque etiam in durum firmumque corpus concrescat, medio ductu pertusum, quale quid cum pedis longitudine quibusdam aliquando secederet, metum excretæ portionis intestinalis incussit. Interdum calculos in hypochondriis producit chylus ejusmodi incrassescens, in copia per alvum secedentes. Cumulatus autem sic viscosior chylus vermibus quoque fœturam suppeditat, ac insuper venas lacteas glandulasque mesenterii obstruit, in aliis verò lienterias ac diarrhoeas parit.

Higmorus *Disquis. Anat. p. 26*

Pechlinus *Obs. p. 39*

III. Crassior verò acidiorque hic chylus si rectè tandem distribuatur, nullatenus tamen vitium primæ digestionis, juxta vulgatum illud, in secunda & tertia corrigitur, sed sanguinem quoque crudum acidum ac fæculentum reddit. Hic dein iterum ubi ad partes seu

per

arterias adducitur, seu per venas redeundo aut quoque sub forma lymphæ allabitur, obstructionibus facile ansam suppeditat, unde varii dolores, & subitanei calores, ac febres varii generis. Ad obstructiones autem simul referendæ illæ hepatis, lienis, pancreatis & vesicæ bilariæ affectiones, vario nomine elatæ, scorbutum hypochondriacumque malum vulgò constituentes, cujus tamen producta rectius existunt. Quin & quæ in articulis accidunt, pedibus scilicet, manibus, genubus ac coxendice, ex eadem radice pullulant, qua ratione literati chiragræ podagræ ac Ischiadis mancipia sunt. Etiam renum ac vesicæ calculi obstructionum & coagulationum in istis partibus effectus existunt. Affectus certe nephriticos & calculorum in renibus generationem non parum promovet vita sedentaria cum constrictione lumborũ conjuncta, qualis cum Japonicis indumentis plerumque simul instituitur.

Piso *de serv.* p. 282

IV. Spiritibus verò animalibus consumptis ac deficientibus sanguis humoresque in corpore evadunt acidiores, acriores & viscosi magis, ut vel ex hac ratione iterum, quæ in visceribus fiunt functiones graviter lædantur, quæ tamen basis & fundamentum reliquorum sunt. Viscera scilicet ciborum dissolutioni & chyli sanguinisque depurationi inservientia infirmantur, assumpta non in gelatinosum ac nutritioni aptum sanguinem sed mucosum & acrem degenerant, majorque lymphæ copia redundat; quæ si massæ sanguineæ iterum affundatur, hæc ipsa catarrhis refertissima redditur, unde literati rursus variis catarrhosis affectibus obnoxii evadunt, & pedes tumidos habent. Deinde quoque spirituum animalium consumptionem excipit memoriæ imbecillitas & oblivio, nec non melancholia, cujus singulare in ingeniosissimi aliàs *Barlæi* vitâ exemplum.

Schraderus *Diss. de Erudit. valet.* §9

Ecchardus *Extract. Hannov. an.* 702 p. 23

V. Quandoquidem igitur pleraque literatorum mala ex

ex digestionis debilitate, & spirituum consumptione oriuntur, in iisdem præcavendis primario semper respiciendum erit, ut cibis utantur non qui multa excrementa relinquant, quales sunt crassioris ac viscidæ substantiæ, carnes fumo induratæ, salitæ, vetulæ, suilla, anserina, extremitates animalium, ova duriora, pisces densiori ac crassiori corporis habitu præditi, lacticinia & casei, sed cibis boni succi, facilioris digestionis ac eapropter quoque sanguinem magis purum ac spirituosum generantibus. Dein quoniam mens semper corporis ministerio utitur, nunquam hoc ipsum nimia fame torquendum, nec cibus tunc demum sumendus, quando à studiis quis vacat, uti meditationibus perpetuo immersi incertissimo id tempore ac maxime inordinate faciunt, unde amissa fame, macie consumpti, exsangues quasi cum maximo incommodo vivunt. *Schraderus § 12*

VI. Potus sit vinum temperatum ac bene defecatum aut cerevisia tenuis ac limpida. Ebrietas autem & crapula literatis omni modo fugienda, tum ex rationibus suo loco adductis, tum quod in iisdem cerebrum imprimis crudis humiditatibus repleatur, ac spiritus impuri reddantur, unde rursus ingenii imbecillitas.

VII. Præterea in habitatione aërem eligant purum, habitentque in loco sublimiori, versus ortum potius quàm aliam cœli plagam, imprimisque aërem fugiant austrinum, utpote memoriæ maxime noxium. Stratis & cubiculo floribus odoriferis aërem corrigere, ut quidam suadent, literatis omnino vitandum arbitror, quod caput inde facile afficiatur. *Horstius l. d. studios. san. p. 136*

VIII. Corporis excrementa justo semper tempore excernenda, cum ab eorundem retentione caput, ejusque & mentis functiones non parum turbentur. Literatis autem, imprimis severiores musas amantibus, plerumque in more positum, ut propter spiritus abstractos

[illegible]
nem ac distributionem impendeudi, ad caput qua
centur, & turbentur. Post prandium scilicet
Hofmannus l. 5 Inst. p. 714 cundam pomeridianam ad studia non accedend
post cœnam nihil serii agendum, quin intra bi
ad summum somnus admittendus.

X. In studiis ipsis altioribus mensis utendu
admodum in faciem inclinandum tum propter
rum imbecillitatem, quæ situm capitis ejusmo
subsequitur, quàm mala quæ ex tali corporis
tione oriri supra dixi, evitanda & corrigenda.
muniter loco sessionis statio suadetur, quam ta
Græcius Nov. Hamb. an. 709 p. 111 sione longe perniciosiorem quidam deprehen
cui quoque ipse sessionem, quæ corpore ma
cto & quodammodo reclino fit, præfero.

XI. Quamvis verò studiis ac meditationib
lum tempus magis idoneum videatur, quàm c
est, quod sensus afficit, & altissima omnium t
litas adest, adeoque moderatæ lucubrationes n
improbandæ non sint; Si tamen rationes contr
cte ponderentur, lucubrationes ejusmodi max
vendas arbitror. Ne quid enim ex superiori
repetam, de fumo candelarum empyreumatico,
Ramazzinus de morb. Artif. c. 36 p. 109 monibus & capiti summe noxius est, ceu de o
cum in lucubratione ejusmodi adhibito, verer

mbecillitate, quæ oculos diurnis laboribus defatigatos, k vesperi iterum in literis sæpe minutulis ex charta al-)iori legendis, usurpatos corripit, quicquam moneam, ucubrationibus ejusmodi ventriculus maxime debilita- ur, cruditates coacervantur, & spirituum, diurnis vi- ;iliis dissipatorum restauratio, quæ per somnum fieri lebebat, impeditur. Hypochondriaco malo originem)ræbere pluribus *Hoffmannus* inculcat. Quibus tamen *Instit. p. 919* lucubrationibus hisce abstinere integrum non est, va- :tudini suæ magis consulent, si loco candelarum seba- earum cereis utantur, vel quoque lucernis ex oleo oli- arum, oculos verò à splendore luminis appositis um- raculis defendant.

XII. Non dispar & somni, quem lucubratores ejus- ıodi plerumque post ortum Solis capiunt, ratio est. lic enim ut radiis suis omnia lustrat, & ad motum di-)onit, ita quoque corpora humana ad actiones facili- ıt, quibus proin noctu vigilare, mane verò dormire ı more positum, ii rerum, tam in universo, quàm in : ipso ordinem invertunt, seque dum natura quietem ıtendit, ad actiones, dumque illa iterum actiones, quie- :m moliuntur, adeoque naturam sic ad contraria on absque detrimento valetudinis suæ cogunt.

XIII. Post somnum matutino tempore uti quilibet ıunditiei amans sensuum instrumenta quoque purgat, ı literati imprimis oculos aquâ frigidâ frequentius ab- :ant, & hanc post aures quoque copiosius lavent, cum :ulis nil magis quicquam conducat, eorumq; inflam- ıationes præcaveat, propter arterias carotides exter- ıs, in quibus sanguis ad caput deferendus hoc modo mperatur.

XIV. In ipsis quoque studiis modus tenendus, ac mia in meditando intentio fugienda. Præter enu- Bierlingius erata enim mala assiduum ejusmodi studium spiritus *Thes. pract.* quasi *p. 187*

[illegible] quasi fixiores & catalepsi obnoxios reddit. Remissione autem studia acuuntur, & vegetius ad remissa studia reditur. Scientiarum interim desiderio continuo teneantur, cum impressio firma per amorem rei discendæ proveniens memoriam plurimum adjuvet, & melancholici eapropter ingeniosi existant, quod studio ac imaginationis fortitudine polleant. [illegible] Literati studiis suis semper immersi eapropter ineptos plerumque liberos sibique dissimiles generant, quia distractis spiritibus & cogitatione semper alio intenta particulæ sanguinis spirituosiores continuò ad cerebrum tendunt, ac paucissimæ ad partes genitales ablegantur, unde quoq; non ita generationi operam dant, ac otiosi & nil nisi libidinem cogitantes, totosque se huic actui bonâ fide impendentes. In tetricis autem studiis, quæque cum opinionibus & suppositis non intelligibilibus confliclantur, animumque distorquent, imprimis modus ponendus, cum eadem corpus quoque insigniter sæpe labefactent. Optimo sane consilio studium moralis Philosophiæ literatis omnibus commendat Illustris *Hoffmannus*, cum affectuum impetum prudenter compescere doceat, adeoque animo & corpori eximium levamentum afferat. Ita enim facile evaserint commune illud malum, quo veluti pestilenti sidere literati plerique subinde corripiuntur, libidine scilicet censendi ac insectandi aliena, abessent jactantia, philautia, invidia, maledicendi petulantia, ac denique simultates, odia, jurgia, quibus utiq; nihil indignius est deformiusque ordine eruditorum, ac sanitati viræque interdum nil magis noxium. Speculatio etiam rei novæ, magnæ aut pulchræ suaviter spiritus oblectat, à blandi enim ejusmodi lætitia iidem expanduntur, liberique in cor & musculos influunt, sicq; circulatio ad sanitatem conservandam aptissima redditur, & hypochondriaca pathemata præcaventur.

Diss. sel. part. 2. p. [illegible]

XV.

XV. Motus literatis ad transpirationem promoven-m maxime necessarius est, tam iis, qui bono valido-e gaudent stomacho, ac simul copiosos cibos assu-unt, ad præcavendam plethoram, quàm iis qui de-bili sunt stomacho, ad appetitum excitandum & di-stiones corroborandas. Motus autem tales, ut suo :o jam monui, hic in specie sunt ambulatio & equitatio. Lancisius de mort. subit. p. 125

XVI. Depurationes quoque sanguinis majales ac ta medicata aliaque ejus generis nullatenus literatis gligenda, ceu quoque matutina herbarum infusa ca-a ac præsertim Theam, Coffeam, Chocolatam, Ta-cum, acidulasque & thermas iisdem maxime conve-re ex suis locis abunde patet. Et hæ quidem præ illis agis convenire videntur, quod copia aquæ alcalino r instructæ eluat non modo totum intestinorum ca-em, viscositates & molem biliosam acido-viscidam sim plicis intestinorum inque cellulis ac flexuris coli rentem abstergat, sed canales etiam minutissimos 1 sanguineos quam lymphaticos, nec non glandula-n tubulos reseret, aperiat, & liberum humoribus com-atum concedat. Deinceps progressionem sanguinis abdominis viscera & portæ venam, ubi aliàs diffi-s semper est, levat & promovet. Hoffmannus Diss. sel. part 2 p. 256

XVII. Huic diætam militarem subjungere animus t, prout eandem 1685 in expeditione Hungarica, ca-sque ad Neuheuselium, ut & Nosocomio Nostro Co-rronienfi, cum Exercitus Brunsuigo Luneburgici dicum agerem, observavi. Verum cum tractatio smodi à me, cum à Serenissimis Ducibus sub initium i Gallici anno 1689 ad functionem illam iterum de-arer, consilio Germanico typis tunc exscripto ple-ie proposita sit, ac præterea qui grave Martis onus tant, vitam suam ac sanitatem longe minoris æsti-at, quàm ut conservationem ejusdem ex libris hau-at, repetitione ejusmodi pro hac vice supersedeo.

CAPUT IV.

De Diæta Senum.

I.

IN diæta Senum ventriculus imprimis respiciendus ut bene digerat, sanguis in motu & fluore suo conservetur, depurationes ejusdem promoveantur, & spiritus reficiantur. Certe diætæ rationem quàm diligentissimè senes habeant, cum errata propter imbecillitatem caloris naturalis emendari ac diu latere nequeant, & neglecta indies graviora evadant.

II. Aërem igitur frigidum, hyemalem ac autumnalem vitabunt, aut arte corrigent, ac calidiorem humidioremque reddent, uti aliàs æstate & aliqua autumni parte propter eundem tum magis calidiorem existentem senes optime habere consueverunt. *Hippocrates s. III. aph. 18*

III. Ex cibis, crassos maxime ac duros fugiant, tum quod dentes ad manducandos illos deficiant, tum quod propter calorem indies marcescentem difficulter digerantur, ac acescant, tum quod iis denegatum sit, ut ceu juniores exercitiis ac motionibus cruditates iterum dispent. Vitent etiam carnes quascunque salitas, pisces qui in stagnis ac paludibus cœnosis capiuntur, caseos recentes, lac & lactaria atque in butyro frixa omnia. Cibi potius sint facillimæ digestionis, nulloque pene negotio alterabiles, extreme immutatos vocat *Hippocrates*. Juscula recentia cum ovo uno & altero, tantilloq; vini parata & butyrum recentissimum dulcissimumque. Nec cibos una aut duabus de die vicibus assumat, sed in plures potius partes dividant, ne natura nimio simul ingesto obruatur. Nec nisi calidos semper ac humidos, calidi enim cibi facilius digeruntur, humidiora verò alimenta, qualia sunt juscula & sorbitiones, magis competunt, tam propter siccius temperamentum illorum *Hildanus cent. 6 obs. 28* *Sponius Aphor. Nov. p. 223*

quod humidum ejusmodi alimentum facilius
utetur ac ſiccum. Nec etiam cibi integri &
is deglutiendi, ſed quod in comminutione eo-
parte dentium deeſt, arte reſarciatur, conſcin-
cilicet cibos cultello, quod quidam dentibus ſuis
i magna cum diligentia peragere ſciunt. Cœ-
juvenes, ſenes interficit. Imprimis proderit il-
is confortans culinarius ex cinnamomo, macere
ioſchata, Croco & ſaccharo ad pondus omnium
ime contritis atq; mixtis, cujus uſus non tantum
uſculis condiendis, verum etiam matutinis ho-
iblicum prodituris, ſi eundem buccello panis fri-
que intincto aſperſum aſſumant.

Sanctorius *ſect. I. § 84*
Hildanus *cent. 6 obſ. 38*

In potu ſenibus non conveniunt vina craſſa, ac
æ ſimiles, quod urinam remorentur & obſtru-
pariant, cum ſenes jam ætatis vitio, renum ac
calculis, urinæ ſtillicidio & arthritidi obnoxii ſint.
potius ſit ætate medium & fragrans, hoc enim
m ſenum anxietatem mirificè lenit, & ſpirituum
m reſarcit, adeoque vel hac de cauſa non imme-
ſenum audit, qualia imprimis ſunt generoſa,
ica, Hungarica & ſimilis ſpeciei. Cereviſia ſit
à bonique nutrimenti, quales his in locis Gos-
;, vel Gardelebiana, ac etiam Breyhana noſtra
: fidei.

Jonſtonus *Syntagm.*
Ridlinus *Lin. Ann. 5 p. 227*

Inter alia verò aſſumpta ſenibus valde condu-
charata vina, Hydromel, Chocolada, Radix Niſi,
tæ, præſertim cum hyſſopo maceratæ, & ſaccha-
lo dulcoratæ, & imprimis ambra, qua ad ſenum
inem viresque conſervandas & vitam prolon-
ı nullum eſt excellentius præſidium, modo non
ris naturæ proprietas, ac generis nervoſi ſenſi-
ɛandem recuſent. Teſtes ejus exiſtunt Chinen-
ımmo præ aliis exemplo modernus Galliæ Rex

Schraderus *Diſſ. de ſe-nect. § 10*
Rulandus *Theſ. p. 112*

LU-

LUDOVICUS XIV. septuagenario major, atque
Nov. Liter. Hamburg. an. 707 p. 10 tot ac tanta orbis universi negotia, quibus à prim
te obruitur, animo pariter ac corpore semper infr
atque hactenus præter opinionem *Isaaci Bickerstaffii*
phetarum novissimi, atque vaferrimi professioni
dicæ Cunicularii, superstes.

VI. Exercitiis nimiis quamvis senes facilè i
mantur, consueta tamen non plane omittenda, & i
mis ante cibum levior motus instituendus, se
tamen & ubique virium ratio habenda.

VII. Motus animi celeriores, quod apoplexia
Clauderus *Misc. G. Dec. 1 An. 7 obs. 196* cile inducant, omninò vitandi; Quod si tamen i
descentia moderata sit ac lenior, nec frequens e
personis in senio constitutis hac mediante balsam
talis quodammodo reviviscit, cum mucosa phleg
viscididitas eundem quasi obruens ita ventiletur, &
naturalis senũ quodammodo pyritem lapidem re
qui scintillas igneas non nisi ferro fortiter perc
spargit & communicat. Deinde quoque vitand
affectus lenti, uti mœror & tristitia, siccitatem sa
nis in senibus augentia, quapropter jucundi disc
Schraderus § 17 faceta colloquia animiq; relaxationes iisdem quær
& quorundam observatio est, senes qui juvenum
versationibus frequenter usi erant, longævos eva
quod juvenum ardor & alacritas ad hilaritatem
provocaret, alioquin forte magis tristes & tor
futuros.

VIII. Somnus huic ætati convenit longior &
liæ præcavendæ seu potu vespertino cerevisiæ pu
ac bene fermentatæ largiori, post pastum imprim
sumpto, vel alio aliquo aromatico ac spirituoso, c
est vinum generosum, Elixir vitæ, seu quoque m
lam cervinam plantis pedum inungendo. Som
meridianum ipsis optime convenire, quin Medicin
co esse, suo loco pluribus dictum.

IX. Siccitas alvi ſenibus familiaris diæta magis laxante aut prunis emendetur, quàm medicamentis, cum purgantia fortiora illis non conveniant, & interdum magis obſtruant. Expectorationes autem & ſputamina ſedulo promoveant, quibus vitam protrahunt. Nec frictiones matutinæ negligantur, quas adhuc in lecto decumbentes pannis calidis fieri curabunt, quo calor excitetur, cibique diſtributio & corporis nutritio melius ſuccedant.

Sanctorius *ſ. I aph. 82*

X. Venerem inter cauſas ſenes ad mortem præcipitantes primo loco ponit *Sanctorius* & recte, namque calor eorum debilior ac vires imbecilles eandem nullo modo ferunt, utpote qua ſpiritus in iisdem jam deficientes multo magis deſtruuntur. Interim ſenibus vitio verti nequit, ſi in ſenectutis levamen & caloris pene exſtincti ſuſcitabulum juvenculas ſibi jungant, cætera impotentes. Sanæ enim virginis calor per venas ſeniles circulatione mediante ad cor delatus corpus frigidum refocillat, acceditque animi jucunditas ex accubitu veneris pulchrioris, motum ſanguinis ſpirituumq; promovens. *Davides* Rex corpore per ætatem ita friguit, ut ne injectis quidem multis ſtragulis calefieret, unde Medicorum conſilio lectiſſima è formoſis totius regni virginibus eidem juncta, quod cum legitimum matrimonium eſſet, utpote quale conſenſus, non concubitus conſtituit, hinc quoque ſenibus mutuum ſanitatis adjutorium ejusmodi non illicitum aut ridiculum eſſe poteſt.

ſ. I. aph. 84
Bierlingius *Adv. Curioſ. Obſ. 56*
Panarollus *Pent. 2 obſ. 28*
Bartholinus *de morb. Bibl. p. 45*
III. Reg. l. 1
Joſephus *l. 7 Antiqu. Judaic. p. 195*

XI. Non rarò accidit ut in ſenectute demum ac poſt ſexageſimum annum ſanitate integrâ frui quispiam incipiat, quod ipſum nimiæ humorum bonorum in juventute copiæ meritò adſcribendum arbitror, qui ſicuti lampas affuſum oleum, ita hic calorem vitalem iden-

Ridlious *Lin. An. 8 p. 394*

formatione multum dependeat, maximop
randum ut matres gravidæ sanæ ac vegetæ e
atque infantis in utero nutritio ad decentem p
conformationem rectè succedat.

II. Uti verò in aliis omnibus, ita hic quoq
suetudinis ratio circa aërem cibum & potum
maxime observanda.

Hippocrates *sect. II. aph.* 50.52

III. Aërem gravida vitabit frigidiorem cu
tus in regionibus frigidioribus frequentiores e
Humidus quoque australis, turbulentus ac vent
gamenta uteri laxat, & ad abortum disponit. L
ficiunt odores fœtidi à carbonibus incensis ac l
extinctis, nec non odores herbarum fortium p
rutæ, menthæ crispæ, ut & croci, castorei, ac sulp

Timæus *Consil. dias p.* 1152

IV. In cibis non nisi qui sunt succi boni conve
ut sanguis bonus generetur, & fœtus rectè se
habeat. Abstinebit proin ab acribus ac diuretic
pote sanguinem fundentibus, ac ad hæmorrhagiam
& abortus disponentibus, quales in specie sunt
cæpe, allium, petroselinum, asparagi, raphanus
nus, fraga, carnes leporinæ. Vitet quoq; com
piosam, quâ fœtus redduntur grandiores. Imp
à vomitionibus ac sternutationibus caveat. Fru
horæi propter vim fermentativam in gravidis quoq
tulentias generabunt; A flatulentis autem quoni
bdomen distenditur, matri difficilis respiratio & to
na, passioque hysterica, fœtui verò angustiæ super
nis

Bartholinus *Cent. 4 Ep. 2*

ınt; Vel diarrhoeas ac dysenterias periculosas indunt; Vel sanguinem reddunt acriorem, acidiorem, tuique nocivum. Cibi acidi & acetaria vomitum ıres & animi deliquia sæpius accersunt, nec non uterm utpote nervosum valde irritando abortum causan-', fœtum verò epilepticum reddunt. A pica matris ıvidæ acetum undiquaque ingerentis, fœtum dein ;que cuticula natum aliquoties observatum est. Ean & salitorum ratio, namque ex immodico salis usu ıatre prægnante adhibito, unguium absentia aliquanin fœtu, quamvis perfecto existit. Res absurdas aut ɔque difficulter acquirendas ne appetat, cum fœtus n non exiguam noxam contrahat, in quibusdam tan si ex ciborum aut potuum genere sunt, appetitui :um quodammodo indulgendum, cum non rarò absnoxa assumantur. Ultimis mensibus cibus copioconvenit, cum fœtus tunc quoque plus alimenti re-:at, imprimisque conducunt crocus & cinnamomũ. :junio quadragesimali & continuo piscium esu in Roıa Ecclesia gravidæ quoque ultimis præsertim mens excusantur, cum exsanguis ejusmodi diæta viridetrahat, quarum tamen conservationi gravidæ omodo studebunt.

Ridlinus Lin. Ann. 5 p. 346

Garmannus Misc. G Dec. 2 An. 2 obs. 149

Frankenavv. in Misc. G. Dec. 2 An. 9 Obs. 201

Zacchias Qu. Tom. 1 p. 47

V. In potulentorum genere ipsis imprimis Theæ sum tutò conceditur, ad sitim præsertim fallendam, d ea quoque præstat, quæ ab aliis remediis frustra ıectantur. Vini potus gravidis non æque proficuus, *Valdschmidius* certe non absque ratione opinatur, si hoc rvarent matres, pauciores repertos iri calculosos, riticos, phthisicos, epilepticos, scorbuticos, utpote qui :bosa hæc semina vel in ipso utero cum chylo, & post vitatem ex uberibus cum lacte hauriunt. In ipso en pariendi labore, partuque difficiliori alia vini o est, ut supra adductum.

Ridlinus Lin. Ann. 5 p. 18

Diss. 32

VI. Affectus animi quantum fieri poteſt, declinet gravida, terror enim uti in gravidis quoque ſanguinem à peripheria corporis ad centrum & vaſa præſertim uterina concitat, quæ diſtenta tandemque rupta hæmorrhagias uterinas ſimulque abortum cauſantur, ita & per ſe ſub initium graviditatis fœtum enecat, ſemper verò ac adhuc duodecim ante partum horis interdum nævum eidem imprimit, & epilepticum reddit. Ira uti ſanguinem valde commovet, ita & hic hæmorrhagias uterinas concitando abortum accelerat. Præterea à phantaſia atque imaginatione omni prorſus ſe ſe abſtrahat, cum hujus maxima in fœtum efficacia exiſtat; Pertinetque huc & rerum abſurdarum & horridarum aſpectus, nec non converſatio cum ſuſpectæ fidei hominibus, cum abortuum ab incantatione inductorum exemplum non unum proſtet.

Ridlinus *Lin. Ann.* 4 *p.* 527

Delrio *l.* 3 *Diſqu. Mag. p.* 598

Frommannus *de faſcin. p.* 468. 619. 685. 866

VII. Motus corporis vehementiores, choreas, ſaltus, & ejus generis gravidæ primis menſibus evitabunt, ne conceptus aut excutiantur, aut præternaturalem dein in partu figuram acquirant. Ne tamen humores in iisdem colligantur, aliquid motionis ſemper competit, quæ nono menſe fortior eſſe debet, ut viæ uterinæ dilatentur, & ſecundinæ dein facilius ſeparentur, quapropter tunc deambulationes aut blandæ ſaltationes neceſſariæ. Lycurgus celebris quondam Lacædemoniorũ Legiſlator, eapropter corpora virginum curſu, lucta diſcique & miſſilium jaculationibus exercuit, ut & naſcentium exinde in robuſto corpore quaſi radix firma jacta germinaret eo melius, & ipſæ robore corporis fretæ in pariendo dolores facilius ſuſtinerent. A ſublatione aut geſtatione oneris gravioris, nec non manuũ vehementiori extenſione ſurſum facta gravidæ quoque ſibi cavebunt, cum priori modo niſu ejusmodi ac inſpiratione diaphragma verſus inferiora deprimatur, à di-

Ridlinus *Millen. p.* 84

Ridlinus *Lin. Ann.* 2 *p.* 313

Plutarchus *in Lycurg.*

Ettmullerus *Tom.* 2 *Op.*

ctâ verò manuum extensione abdomen contrahatur, uterus comprimatur & vaginam versus distendatur, ut disruptis membranis fœtum ambientibus, & dilatato uteri orificio præmaturus aquarum effluxus & fœtus exclusio sequatur.

VIII. Circa veneris usum, an gravidis salva conscientia permitti queat, disquirunt Theologi, egitque peculiari scripto Germanico nuper de hac quæstione, *Christophorus Richterus*, Theologus Hirschfeldensis, ac affirmativam pluribus probat. Eâdem enim gravidæ maximam voluptatem sentiunt, & rationi omni caret, uterum inde agitari, ut fœtus ceu planta tenerrima à solo suo natali revellatur. Et postremis mensibus moderatus concubitus necessarius, quo loco uterina humectentur, & ad partum faciliorem disponantur. Ne tamen nimius is sit, ac tumidior matris venter nimis comprimatur, fœtusque afficiatur. Aliàs ex congressibus ejusmodi superfœtationes & partus mucore oppleti existunt.

Dimerbrok. *Anat p.* 135

Forestus *l.* 18 *Obs.* 65

IX. Alvi segnities ultimis imprimis mensibus gravidas affligit, tumque feces sensim induratæ & accumulatæ uterum premunt, ut dein non absque labore, abdominisque compressione ac abortus metu excernantur. Emendanda autem ciborum pinguium, jusculorum, nec non passularum minorum laxativarum aut mannæ usu. Pillulæ enim alœticæ, suppositoria & clysteres propter metum abortus, ex irritatione vaginæ uteri arctissime cum intestino recto connexæ, locum non habent. Quamvis mitiores clysteres subinde in usum ducti vix noxæ quippiam inferent. Alvi verò laxitas ac diarrhoeæ in prægnantibus periculo non carent, cum fœtum admodum debilitent & ad expulsionem irritent.

Ridlinus *Mill. p.* 62

X. Vigilias omni modo à se arceat, somnoque imprimis indulgeat.

mis autem hac in re gravidarum desiderio satis
dum, & spes illorum magis firmanda. Non tan
si in brachio, partibusque superioribus instituend
latenus in talo, cum hac ratione sanguinis motus
uterum magis promoveatur ac abortus conciten

XII. Balneis aquæ tepidæ postremo mensæ fre
ter utatur, ut viæ uterinæ laxentur & ad part
cilitentur.

CAPUT VI.

De Diæta puerperarum.

I.

PUerperis uti gravissima mala facillimè, etiam le
mis ex causis accidunt, ita & prima obstetricum
tio esse solet, ne secundinæ quisquiliis locisque im
ac suspectis mandentur. Projiciebantur aliquando
lochiis, extra mœnia in fossam, ubi serpentes & b
nes hospitari solent, ex quo puerpera aliàs satis &
partum etiam valida, statim anxietate cordis co
noctes insomnes ducere, tantâque irâ exæstuare vis
natura sua ad hanc aliàs non prona. Quæ tamen &
Select. Med. Sect. V. n. 5 milia medicinæ sympatheticæ, alibi à me explosæ fav
exempla an etiam firmo talo, & non interdum vetul
jusdam fide nitantur, adhuc magis dispiciendum. T

tio enim quartoque post partum die in omnibus puerperis febris lactis succedit, pro varia temperamenti ratione nunc levior, nunc gravior, ut adeo secundinæ ad locum quendam suspectum rejectæ hic in subsidium vocari non debeant.

II. Deinde puerperæ omni sollicitudine aërem frigidum evitabunt, ne is vel ad uterum incautius admittatur, vel quoque ambitu suo totum corpus alteret. Non solum enim tormina inflammationes ac inflationes uteri causatur, quæ interdum totum ventrem cum acerbissimo dolore occupant, interdum verò ita incrementum sumunt, ut rursus se gravidas suspicentur, sed & lochia sistit ac sanguinem quasi in grumos coagulat, unde præter innumera mala alia, imprimis lipothymiæ & febres causantur.

Forestus l. 28 Obs. 39

Ridlinus Lin. Ann. 5 p. 261

III. In ciborum classe fugienda acida & austera, à quibus lochia sistuntur, quorum tamen fluore puerperarum sanitas conservatur. Mulier quædam cum feliciter peperisset quarto à partu die pomum citrium comedit, quo arteriæ venæque uterinæ sic obstructæ, ut ne guttam quidem sanguinis deposuerit, quamvis mammas fœtui non præberet. Exin autem indies pejus habuit, ac non solum caloribus volaticis vexata fuerit, sed & animi deliquia subin perpessa, ac paulatim melancholica facta est. Nec concedenda illis pinguia salsa, flatulenta, fumo indurata, frixa, ac lacticinia, juscula verò è cerevisia cum pane butyro recenti condita, ac ova sorbilia primis tribus quatuorve diebus cibus illarum sit, dein verò juscula gallinacea & avenacea cum passulis minoribus, pulli capones, carnes vitulinæ ac bovinæ juniores, perdices ac lepores juniores & quicquid ex piscibus carnem friabilem mollemque habet. Non tamen multo cibo puerperæ primis diebus statim replendæ, ceu ab imperitis mulierculis clinicis urgentur, eaq; ratione

Ridlinus Mill. p. 75

Ridlinus Miscell. p. 85 ratione in febres ac diarrhoeas sæpius præcipitantur, sed sensim sensimque alimenta ipsis augenda.

Dolæus l. 5 Encycl. Med. IV. Potus omninò requiritur tepidus, ac Personæ Illustres primis diebus jure caponum vel carnium loco potus magno suo cum emolumento utuntur. Usui quoque est aqua cocta cum pauxillo cinnamomi. In Saxonia nostra inferiori cerevisia triticea calida cum butyri pauxillo in communi usu est. Quæ tamen cerevisiæ minus sunt assuetæ, iisdem quoque eo tempore non convenit, cum à potu ejusdem fuscæ imprimis facile febres excitentur in puerperis. Lupulata verò aut acida summe nociva. Vinum cane pejus & angue vitandum, ex eo enim dolores capitis, phrenitides, febres acutæ convulsivæ ac lethales in iis existunt. Maxime etiam infusum Theæ illis commendatur.

Ridlinus Lin. Av. 4 p. 860

V. Excreta ut recte secedant sollicite curetur, lochiorum imprimis ac alvi. Sudor ipsis subinde seu simplici lectorum super impositione eliciendus seu quoque per remedia, magnumque morborum in puerperis præservativum existit, quoque optimè pristino vigori ac robori restituuntur.

VI. Quoad motus animi maxime ab iisdem sibi caveant, cum enim aliàs corpus robustum iisdem afficiatur, multò facilius corpus imbecillum partusque laboribus enervatum lædetur. Perinde autem est, sive fuerint subitanei, ut ira & terror, quo & risus & sermones nimii pertinent, ceu quibus sanguis humores ac spiritus agitantur, ac lipothymiæ, quibus puerperæ præ aliis obnoxiæ sunt, mammarumque inflammationes ac erysipelata, in infantibus verò lactentibus epilepsiæ causantur; Sive lenti ut mœror, qui sanguinem & lac in mammis coagulat, ac tumores earum etiam benigniores in carcinomata atque ulcera cacoethica vertit. Utroque autem affectu lochia etiam sistuntur.

Ridlinus Mill. p. 63

VII. Ve-

VII. Motiones corporis nullo modo concedendæ ſaltem ad novem à partu dies quos intra lectum ſuum non absque evidenti ſanitatis diſpendio deſerunt. Citius enim ſi ſurgant venter flatibus repletur & torminibus corripiuntur. Auctoritate Sacrarum literarum ſex ſeptimanæ puerperis ad vires per quietem recuperandas conceſſæ ſunt, nec ante finem illarum ad conſuetos labores facilè admittendæ.

VIII. Haut diſpar & congreſſus ratio, qui in puerperis præmaturior uterum in excernendis lochiis impedit, unde ſanguinis motus augetur & febres exiſtunt. Ridlinus *Lin. An.* 2 *p.* 382

IX. Antequam domo egrediantur aut ad conſueta munia ſe accingant ſordes puerperii balneo quodam prius abſtergendæ & partes corroborandæ. Talia balnea parantur ex foliis agrimoniæ, artemiſiæ, roriſmarini, floribus chamomillæ, ſtoechados, radicibus liliorũ alborum, helenii, ſem. lini fœnugræci. In ipſo balneo Wittebergenſes mulierculæ ſuas puerperas nitoris gratia emulſione ſeminum cannabis abſtergunt. Sennertus *l.* 4 *prax p.* 449

CAPUT VII.

De Diæta Ægrorum.

I.

DIæta in reſpectu ad ægros triplex vulgò audit, tenuis, quæ viribus quidem non nihil ſuccurrit, iis tamen conſervandis non ſufficit, mediocris, quando vires in eo ſtatu, quo ſunt, conſervantur, craſſa quæ vires auget. Uti verò in ſanis ita ægris quoque primo loco ad conſuetudinem reſpiciendum, unde & *Hippocrates* Medicum monet, ut addiſcat ex hominum adhuc ſanorum victus ratione, quænam in eorum morbis conducere queant; Ex qua ratione etiam apparet, quàm bene ſibi conſulant, qui Medicis maxime familiariter utuntur, etiam non ægrotantes, ut dein caſu neceſſitatis *l. de Diæt. in Acut.*

natura horũ & idiosyncrasia illis eo melius perspecta sit.

II Deinde morbus considerandus, an acutus an verò chronicus sit. In acutis major naturæ lucta pauciorem diætam requirit, neq; enim nisi in malignis vires propter celeriorem motũ & brevitatem morbi in totum pereunt. Competit igitur hic diæta tenuis, quæ jusculis tantum reficientibus constat. In principio tamen morbi cibus paulò plenior præbendus, in augmento verò aliquid detrahendum, in statu cum morbi vis maxima, minimum concedendum, & in declinatione victus iterum augendus.

Tappius Diss. de Alim. § 57

III. In longis & chronicis morbis, cum vires magis dejiciantur liberaliori diæta opus, quo illæ morbo ferendo sufficiant.

IV. Qui morbi per paroxysmos affligunt, uti febres imprimis, in iisdem quoad cibandi tempus, paroxysmi vitandi, cum tunc vis morbi existat. Alimentorũ enim assumptione secretio materiæ morbificæ impeditur, & assumpta in fomentum morbi degenerant. Commodissime cibus non multo post paroxysmum finitum porrigitur, quia vires tunc maximè reficiendæ & cibus ingestus ante novi paroxysmi insultum digeri queat. Quibus tamen orificium ventriculi admodum sensile eaque ex ratione facilè lipothymiæ superveniunt, ut & senes, non absque omni alimento, ob eandem ab humore acri ingruente paroxysmo commoto, ac dictum orificium afficiente semper metuendam, relinquendi.

Hippocrates f. L. aph. 8

Bohnius l. de offic. med. part 1 p. 370

V. De cætero ægris tempus cibandi semper liberum relinquendum, nec unquam cibus obtrudendus, ceu mulieres clinicæ solent. Nam ubi appetitus deest, seu propter fermentum stomachi vitiatum, seu quoque defectum ejusdem cibi potius in ventriculo putrescunt, quàm ut digerantur. Maxime verò cavendum ne ægri præsertim cibos aversantes, eosdem præparari videant

Septalius l. 2 Animad. p. 30 44

pr-

plerumque enim major ex diuturna visione subsequitur aversio, aut etiam conspecta quadam re illis minus arridente, major abominatio oborietur. Antequam verò cibum assumunt, & lingua & os colluendum cum præsertim in febribus, fuligines sursum ferantur, quæ limum quendam in lingua efformant, qui cum gustum perturbet, cibos etiam mala qualitate imbuit. Deinde sedentes in lecto alantur, si enim jacentes cibum capiant, vix ad ventriculi fundum is descendet; A cibo verò assumpto per semihoram sedeant, vel saltem erecti aliquantulum semijaceant.

VI. Omnino verò simplicitati victus studendum, eaque alimenta offerenda, quæ & ventriculo grata sint, & simul morbum respiciant. Quæ ventriculo grata internuncius ejusdem, ut appetitum vocat *Ettmullerus*, indicat, qui tamen verus & intensior esse, nec à phantasia quadam dependere debet. Quo verò victus simplicior eo facilius digeritur, minori quoque cum ventriculi molestia, ac nullo aliorum symptomatum supervenientium metu. Alimenta tamen varia, uti in sanis digestionem turbant, ita hoc maxime in ægris faciunt. Quo magis etiam à carnium esu sibi temperant ægri, eo magis sibi consulunt, præstantque ipsis, quæ è vegetabilibus desumuntur, utpote simul alterantia

Instit. Med. p. 249

VII. Cum ægri cibum quendam appetunt summaq; aviditate ac quodammodo blandimentis vel etiam precario exposcunt, in eo nonnunquam, & præsertim si individualis quæpiam idiosyncrasia subsit, ipsis gratificandum, modo expetita non adeo noceant, aut saltem noxa eorum facile resarciri queat, & excessus omnis vitetur. Cibum enim gratum ventriculus avidius complectitur, unde digestio facilior, nutritio melior, minorque excrementorum copia. Imo cibus & potus paulo pejor suavior tamen, melioribus quidem sed minus gratis

Bohnius l. d. offic. med. p. 77

Hippocrates l. 2. aph. 38

Septalius *l. 2. Animad. p. 30* anteponendus. Cumque ægri interdum cibos alios omnes evomunt, Medicus sæpe deterrima quæque concedere semel atque iterum debet, ut vires custodiat, ne in certissimam mortem cadant; Ita ex assumpto malo illo cibo natura non rarò instauratur, & morbus omnino quasi conclamatus superatur. In longis chronicisque morbis maxime id obtinet & non semel ex harengis crudis ac recens è mari exemptis avide comestis, quartanæ ac febres erraticæ discussæ. Scilicet acrimonia ejusmodi edendique cupiditate spiritus excitantur, paulo ante quasi sopiti & collecti morbum alacrius impetunt. Imo ipsa aqua fontana frigida quendam sudore frigido ubivis erumpente, pulsuque nullam vitæ spem suppeditante, ac voce fere intercepta eandem imperogantem aliquando ita confortavit, ut non solum se colligeret, sed & per integrū triduum adhuc supervivere.

Lemmius *l. 1 occ. c. 5*

Ridlinus *Lin. An. 5 p. 917*

VIII. Circa potum ægrorum monendum, panem ipsi injectum multum ad vires conservandas facere, inprimis si panis sit fermentatus, qui hoc in negotio albo aut similagineo præferendus. Et potus ejusmodi longe minus ventriculum offendit, quàm si cerevisia pura absque pane injecto hauriatur. Decoctum cornu cervi tantum non omnibus convenit, cum & sitim sedet, nutriat, nec ventriculo admodum molestum sit aut ingratum, si sub finem decoctionis cortices citri aut saccharum adjiciantur. Hydromel etiam simplicius, quod alia ingredientia quàm mel & aquam non agnoscit, in pectoris morbis egregium potum ægris suppeditabit, modo ne acescat, quo casu recidivam producere potest.

Ridlinus *Lin. Ann. 1 p. 275*

Ridlinus *Lin. Ann. 6 p. 148*

IX. Vino veteres in quibuscunque morbis, imo inflammationibus internis utebantur, pleuritide quoque ac peripneumonia, & forte adhuc hodie sæpius & majore cum fructu in febribus malignis, petechialibus, variolis morbillis similisque generis affectibus, in quibus s

Hippocrates *l. de morb.*

Hoffmannus *Diss. sel. part 2 p. 148*

tus erigendi, ſanguinis circulus liberior & tranſpiratio promovenda, ac virulentia ad peripheriam corporis propellenda, concederetur, niſi propter dubium morbi eventum & ſiniſtra dein ſubſequentia, judicia Medici abſtinere cogeretur. Interim in ejusmodi morbis ubi cum calore febrili vehementior capitis gravitas aut delirium imminet, ac vigiliæ moleſtant, omnino nocivum arbitror, & vel aqua diluendum, vel hâc decoctâ ſimpliciter utendum, tutius judico. Quo ipſo tamen non nego aſſuetudini & conſuetudini quoque aliquid dandum, per quam quosdam febricitantes & arthriticos à potu vini generoſioris mire convaleſcere, à denegato verò ac poculentis aliis illi ſubſtitutis digeſtiones in iisdem inter turbatas, vomitusque & alvi fluxus concitatos aut etiam morbum diutius protractum ſæpius obſervatum. Etiam febres ſenum calore naturali jam per ſe deficiente non ita acutæ ſunt ac illorum, qui pauciores annos numerant, niſique vinum iisdem conceſſeris, ventriculus debilis indies magis debilitabitur, unde crudiores & viſcidi humores aucti febrem augent, & producunt quod eodem conceſſo feliciter impeditur. Nec minori cum fructu in morbis, quos vehementia animi deliquia diu inſtantia comitantur, ægri illud aſſument.

Bohnius *l. de Offic. Medic. p.* 372. 398

Ridlinus *Lin. Ann* 5 *p.* 45

Ridlinus *Lin. Ann.* 5 *p.* 410

Id. Ann. 6 *p.* 799

X. Accidit non rarò ut ægri nihil cibi ac potus per os aſſumere queant, quo caſu recentiorum quidam alimentum corpori per clyſteres ſuppeditare ſtudent. Cum verò uti jam antehac in *Miſcellaneis Societatis Noſtræ* demonſtravi, nulla nutrimenti ad nutritionem adaptatio fieri queat, niſi in & ſub ſtomacho digeratur, heterogenea ab homogeneis in inteſtinis ſecernantur & hæc dein per vaſa lactea deducantur; Et verò clyſteres ejusmodi quacunque vi injecti, non aſcendant ultra craſſa inteſtina propter valvulam coli in fine inteſtinorum tenuium collocatam, per quam in ſtatu naturali ne flatus

Dec. III An. 3 *Obſ.* 111

Graffius *de Clyſter.*

Ammanus *Medic. Crit. Diſc.* 42

quidem, multo minus corpulentior materia as[...]
potest; Non video igitur, quo pacto à clysterib[...]
modi, in crassis intestinis stercori admistis, nu[...]
quippiam exspectari posit. Regeritur quidem [...]
na crassa lacteis vasis non penitus carere, & licet [...]
clysteres hos nihilominus emissione blandor[...]
tuum per intestinorum poros nutrire posse. [...]
de spirituosis, uti vino, tantum locum habet, qu[...]
guidi restaurantur, ceu alias vires deficientes [...]
odoramentis & epithematibus ad pulsus etiam [...]
tis excitantur, non verò de gelatinosis nutrient[...]
refocillationis ac nutritionis magna differenti[...]
hæc duo cum se invicem nullatenus conf[...]
Quicquid sit, injecti per clysterem liquores, et[...]
ces prius secesserint, miscentur tamen residui[...]
funduntur partibus, quibus proprium est cunct[...]
cus mutare, ceu quoque juscula ejusmodi pe[...]
rem injecta, si rejiciantur, non solum stercus [...]
daver olere dicuntur. Qui verò experientiam [...]
simul hic allegant, iisdem prius evincendum e[...]
præcipue clysteribus illis conservatos, nec super[...]
que eorum interventu potuisse. Siquidem nov[...]
est, sanos ad certum tempus absque cibis vixi[...]
centibus id passim tot asitorum exemplis, ne qui[...]
de ægris, quiete in lecto decumbentibus, nec ma[...]
modum refectione indigentibus, quales adhuc [...]
duæ puellæ existunt, quarum altera haut proc[...]
burgo in pago Sulfeld, altera in Scania, pago tribu[...]
mogia milliaribus distante, degit.

XI. Pertinet ad hoc caput quoque indusiorum [...]
tatio, quam vulgus religiosissime prohibet, ne m[...]
renovetur. Cum verò sine dubio tanto melius [...]
tantibus consulatur, quanto vestimentis lectisque [...]
ribus utuntur, ita quoq; absurditate suâ ac noxa no[...]

Nuckius *Qu. Chir. p. 56*

Dimerbrok. *Anat. p. 35*

Geuderus *Resp. Germ. ad Gehem. de remediis vita p. 79*

Burchardus Dobelius & Hannemannus *Nov. Liter. Hamb. an. 709 p. 103. 171 & 301*

Primorosius *l. 3 de Error. vulg. c. 12*

Ramazzinus *l. d. morb. Artif. p. 94*

consuetudo hæc, præsertim si vel ratione naturæ suæ multum sordium ægri colligant, aut contagiosis affectibus laborent, quæ ab immunditie ejusmodi foverentur. Per calorem quoque foci aut fornacis frigus omne ac humiditas à lotione relicta è linteo removentur, ut à calore corporis humani lintea parum discrepent. Cavendum tamen ne paroxysmorum aut criseos tempore ac efflorescentiis cutaneis nondum sufficienter evanescentibus, mutatio ejusmodi instituarur.

Voglerus Comm. Diæt. p. 192

Bohnius de offic. p. 384

XII. Deinde amicorum ægrum visitantium confluxus non semper opportunos existere, ceu quorum halitus aërem cubiculi non tantum alterant, sed prolixis interdum confabulationibus æger inquietior redditur, inque urina fecibusque alvi excernendis quandoque impeditur. Præterea sermones nimii plerumque gravitatem capitis inducunt ac vires dissolvunt, linguam quoque siccam & sitim inducunt.

Oribasius Collect. Med. l. 6 p. 283

XIII. In omni verò morbo usi nihil magis funestum quàm ægrum esse abjecto & prostrato animo, inque perpetua formidine imminentis mortis versari, cum spiritus animales hac ratione magis magisque consumantur, ac sanatio ipsa impediatur, ceu alibi à me plenius asseram, ita ante omnia ægrorum animus quacumque ratione semper erigendus; Si enim unquam spes, fiducia ac lene gaudium commodum habet locum, certe in ægrotantibus invenit, sæpiusque juxta cum aliis Medicis observavi, graviter ac periculose decumbentes Sacra Synaxi motu proprio, nec urgente per adstantes Medico, usurpata, melius inde se habuisse, atque ut quispiam senserit, vires recuperasse, quod procul dubio affectibus spiritualibus in amore fiducia & gaudio erga Deum positis adscribendum mihi quoque videtur. A terrore autem, quispiam, sibi caveant ægri. Dici enim vix potest quantum is noceat in morbis acutis, præsertim si circa diem

Select. Med. Sect. II. n. 22

Hoffmannus Diss. sel. part. 1 p. 116. 130

me successu remedia in iisdem petantur. Id qu am eundem permovit, ut peculiarem Dissertatio peregrinationibus sanitatis causa instituendis, suis adderet. Quo tamen casu viscera in ægris n penitus corrupta esse debent, & aër contrarius dus, & peregrinatio ipsa debita cum cautione insti

CAPUT VIII.

De Diata Convalescentium.

I.

IN convalescentium ex morbis imprimis acuti primò observandum appetitum illis plerumqu crescere, ut nullatenus obsequendum sit, sed ci ingerendos, ut semper de appetitu quippiam adh si supersit, seu pauxillum famis remaneat. Sen tem cum virium incremento victus quantitas au & per gradus non verò immediatè per saltus à t Bohnius *p. 252* re victu ad pleniorem transeundum, siquidem culi gravitatem sudores copiosos, ac tumores c Ridlinus *Lin. An. 2 p. 456* œdematosos reconvalescentes evitare cupiant. ribus enim adhuc debilitatis si nimium negoti quendis & depurandis succis facessas, eadem no ciunt, unde tantum cruditates, morbis iterum r Idem *Ann. 5 p. 219* tandis aptissimæ cumulantur, & febres intermi causantur.

II. A cibis proin solidioribus ipsis quoque abstinendum, quod non admodum concoqui queant, & si assumantur, recidivam plerumque causentur. *Hippocrates* quidem distinguit inter morbos, qui si chronici exstiterint, & ægri longo tempore extenuati fuerint, alimenta solida concedit, ita tamen ut lente reficiantur. Qui verò ex acutis morbis decumbunt, aut cibo extenuati sunt, ii alimentis magis humidis tractentur, ceu pluribus mentem ejus explicat *Voglerus*. Non enim dubium est, uti reliquas corporis partes omnes in convalescentibus debiliores videmus, ita & ventriculum pristino vigori suo non statim restitui. Aliàs si post convalescentiam appetitus non redeat, aut cibi assumpti nil proficiant, signum neutiquam bonum est, sed potius causæ morbificæ in visceribus & sanguine adhuc gliscentis & recidivam minantis, adeoque medicinarum continuationem postulantis indicium. *Sect. VII. aph. 2*

III. Vini usus non omnibus convalescentibus denegandus, non raro enim, cum ob urinam tinctiorem prohiberetur, eodem demum concesso urinam bonam reddidisse observatum est. Ridlinus *Lin. Ann. 3 p. 38*

IV. Inter assumpta quoque chocolata meritò referatur, qua ipsa convalescentiũ vires non parum reficiuntur. *Id Lin. An. 3 p. 144*

V. Cum alvus etiam in convalescentibus ut plurimum adstrictior sit, non jusculis solis liquidis illud emendandum, sed solidioribus quoque sensim alentibus & materiam fecum suppeditantibus. Schraderus *Exerc. ad Aphor. Hipp. 51 n. 13*

VI. Cur verò convalescentes in venerem maxime proni existant, pluribus scrutatur *Lemnius*, quam tamen pejus ac angue vitabunt, ne propter vires nondum satis firmas dissolvantur iterum, & vel recidivis se exponant, vel mortem ipsam accelerent. Cæterum convalescentes non semper impotentes existere, adeoque si præcepti contra sextum commissi accusentur, non suffi- *Occult. p. 379* Ridlinus *Lin. Ann. 6 p. 437*

cere excuſationem à morbo non ita diu ante devicto petitam, experientia confirmatur.

Ridlinus *Lin. Ann.* 2 *p.* 456 & *An.* 3 *p.* 830

VII. Etiam à conſuetis laboribus, qui imprimis ſpiritus requirunt, per aliquot ſubinde hebdomadas adhuc abſtineant, cum enim vix ſufficientes ad coctiones perficiendas in iis generentur, multo minus de iisdem alibi veluti in partibus muſculoſis conſumendis ſperandum. Interim ut motionibus ſenſim aſſueſcant, neceſſarium omnino eſt. Diutius enim in lecto commorantes, vel hoc ipſo morbos revocant, cum ut omnia in corpore humano rite peragantur, motus omnino requiratur, imprimisque cibi longe difficilius concoquuntur in iis, qui decumbunt, quàm qui motione decenti digeſtionem juvant. Aëre tamen auſtrino atq; humidiori ejusdem conſtitutioni non facilè ſe exponant, cum eodem ipſo vires lentius recuperare ſoleant ac alio tempore.

VIII. Nec minus & ſomno circa matutinum tempus longiori indulgeant, quàm forte conſuetudinis aut functionum ratio permittit, ne natura in eliminandis adhuc per ſudorem reliquiis matutino tempore occupata impediatur, turbetur, & recidivis via ſternatur.



lin. 15 *lege* humorum	P. 46 *l.* 26 *dele* parvas
. 21 *& subinde l.* atmosphæræ	*l.* 29 l. autem
o *l.* 4 *& dein* l. eclipsi	P. 48 *l.* 33 l. excretionem
l. 14 l. transpirant	P. 49 *l.* 16 l. cæcitatem
I l. imprimis	P. 50 *l.* 8 l. calidius
l. 3 l. vermiculos	*l.* 10 l. calidum
3 l. acris	*l.* 11 l. humidum
l. 13 l. vinculo	*p.* 59 *l.* 3 l. propterea
l. 14 l. confricetur	*l.* 19 l. testaceus
. 31 l. exspuitionem	*p.* 61 *l.* 4 l. aliquando
l. 24 l. adscititia	*p.* 64 *l.* 24 l. vicinis
l. 34 l. illæ	*p.* 70 *l.* 10 l. addita
l. 30 l. quæ	*p.* 71 *l.* 16 l. assuescant
l. 3 l. aquosius	P. 75 *l.* 8 l. sexcentos
5 l. ariditatem	*p.* 77 *l.* 18 l. ac
l. 15 l. accidat	*p.* 80 *l.* 5 *Adde*:

ctucam sylvestrem vulgò etiam rapunculum refe-
sed male, ceu quoque rapum sylvestre non est,
nius aliique volunt, refutati à *Matthiolo*. Rectius *l. 20 c. 3 Com. in Diosc*
mpanulas à *Bauhino* refertur, foliaque acetariis in- *p. 347*
unt, refrigerant, ac hypochondria deobstruunt, non *Pinac. p. 92*
oris fortè lactucâ ipsâ quoad omnia qualitatis.

l. 10 l. friguntur	*p.* 154 *l.* 30 l. exstitit
l. 31 *deleatur numerus pro-*	*p.* 158 *l.* 23 l. tenerrimumque
indicem	*p.* 180 *l.* 18 l. habent
l. 21 l. idiosyncrasia	*p.* 182 *l.* 17 l. generet
l. 11 l. fuisse	*p.* 183 *l.* 14 l. modico
l. 19 l. quæ	*p.* 188 *l.* 9 l. bronchiorum
	p. 194 *lin. ult. post* Venit *addatur*

atres familias interdum in liberis contra vermes
ent.

l. 14 l. confirmant	*p.* 216 *l.* 15 l. latiores
l. 14 l. aridique	*p.* 253 *l.* 11 l. earum

p. 258 *l.* 33 l. bimum
p. 284 *l.* 13 post *dormiat*, l. sive alio modo quantitas ejusdem excessiva applicetur, noxa sua non caret.
p. 284 *l.* 17 l. convolvolacei
p. 287 *l.* 29 l. autopsia
p. 288 *l.* 27 l. crassiuscule
p. 289 *l.* 23 l. Eligitur
l. 27 l. vermibus
p. 298 *l.* 5 l. occurrat
p. 315 *l.* 33 l. aptæ
p. 321 *l.* 13 l. phænomenorum
p. 322 *l.* 3 l. laxe
l. 15 l. mucilaginosa
p. 363 *l.* 28 l gravia
p. 377 *l.* 14 l. ad
p. 387 *l.* 23 l. necessaria
p. 407 *l.* 28 l. calorque
p. 412 *l.* 25 l. Nocet
p. 417 *l.* 18 l. citiori
p. 419 *l.* 15 *ad marginem appone*: Ranzovius *de Conserv. valet. p.* 37
p. 430 *l.* 20 l. repleantur
p. 451 *l.* 6 l. quales sunt fabæ
p. 462 *l.* 15 l. cucurbitulæ
p. 464 *l.* 17 l. ad
p. 499 *l.* 12 l. terræ circa Solem motu.

Ad pag. 526 *lin.* 29 post verba *magis noxium*

Et profecto si quotquot Jurisprudentiæ studio animum applicāt, Philosophiæ quoq;, seu quod idem est, rectæ rationis culturæ omnes operam darent, in professione sua etiam excellerent, ac ut IMPERATOR loquitur, JCti *Philosophissimi* existerent, cum Philosophia verum atque unicum Jurisprudentiæ principium sit; Nisi enim, ut *Cornelius Martini* scitè loquitur, quispiam vir malus vel demens fuerit; vitam quoque suam & actiones quilibet ad præscriptum illud sanæ rationis componet; Cum verò, quod hæc unicuique persuadere debuisset, Magistratus pro officio suo ac Imperio mandet, ratio armari ac leges constitui cœperunt. Harum interpretes JCti existunt ut adeo hi nunquam absque rectæ rationis ductu procedere queant, & quotquot hanc non observent, adeoq; à fundamento suo declinent, rabulas tantum forenses agant.

Nov Hamb. Ann 1705 *p.* 388

Analys. Logic. c. 1 *p.* 11

P. 537 *l.* 24 l. fuit.
p. 543 *l.* 6 l. cogerentur.

Reliqua levioris momenti facile per se patent.

IN-

INDEX.

imus secundusque numerus uterque major, ille Sectionem, hic Caput, tertius minor, & interdum plures, Paragraphum denotant.


A

)(

omnino est. Diutius enim in lecto commoran
hoc ipso morbos revocant, cum ut omnia in c
humano rite peragantur, motus omnino requ
imprimisque cibi longe difficilius concoquuntu
qui decumbunt, quàm qui motione decenti d
nem juvant. Aëre tamen austrino atq; humidio
dem constitutioni non facilè se exponant, cum
ipso vires lentius recuperare soleant ac alio temp

VIII. Nec minus & somno circa matutinum
pus longiori indulgeant, quàm forte consuetudi
functionum ratio permittit, ne natura in elimi
adhuc per sudorem reliquiis matutino temp
occupata impediatur, turbetur, & recidivis
via sternatur.





INDEX.

nus secundusque numerus uterque major, e Sectionem, hic Caput, tertius minor, & interdum plures, Paragraphum denotant.

A

F

G

I.

M.

Meru-

N

T

Tar-

 Ve-

FINIS.

